



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Quarto die Martis Quadragesimæ: Homilia Vigesima Nona. De doctrina Christi. Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum & docebat. laon.7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

diderat. Cum igitur ó Domine, signum sit diuinitæ tuæ potestatis infinitæ, resurrectio: illam quaesumus, in nostris operetis animabus, illas de sceleribus suis resuscitans, vitamque tribuens eis gratia, qua gloriæ perficiantur gratia sempiternæ, Amen.

S V M M A R I V M

HOMILIÆ VIGESIMANONA SEQUENTIS.

§. 1. **R**oponit hoc nobis Euangélium Christi Saluatoris doctrinam. a. & circa illam quatuor docet. Primum: ad hanc docendam doctrinam aulam securissimam esse templum, aliquando licet in plateis prædicare conueniat b. Secundum: Iudæos fuisse peruersos auditores, qui admirabantur & non conuertebantur: & talis est plerumque inter nos defectus c. Contra illos efformat D. Ioannes ebum potentissimum per quam ipsos proprijs eorum verbis conuincit d. Tertium: quod sublimitatem doctrinæ suæ atque excellentiam Christus tradat, dicendo: hanc non esse suam, sed Patris sui, à quo mittebatur: verba sunt hæc multis referta sensibus e. & præcipuè illis declarare voluit, se Prophetam esse Promissum f: idque docet, quod dicendum est prædicatoribus, g. & eam confessionem à nobis faciendam, qua, quidquid boni habemus, illud à Deo esse cognoscamus h. & ab auxilio gratiæ eius efficaci i. nam ob eius defectum cognitionis, quinque illæ virgines fatuæ esse perhibentur k. Vltimum à Christo traditum hoc est: quis doctrinæ suæ competens sit auditor, & quid agendum ut illa capiatur, nimirum rectificanda voluntas l. ratio subiicienda fidei, visusque auditui m.

§. 1. Ad duo renocantur ea que Christi sunt, ad opera & doctrinam, utraque Iudæi diabolo attribuebant: & utraque probat Christus esse diuina.

§. 2. Iam die festo mediante: Ascendit Christus, qui omnes spiritus comprehendit intelligibiles: & hoc ita his & alijs expediebat.

§. 3. Ascendit in templum & docebat. Prædicat Dominus in templo, aula tali doctrina propria: quam Dauid inscribit separatam, castam, atque purificatam.

§. 4. In templo docetur doctrina fidei, ubi capiatur intellectus, sicut Ioseph.

§. 5. Concio facta in templo, quod Deus & prædicator conueniunt. Sicut in petra Ore & declarat Salomon.

§. 6. Concio fit in templo magni Domini habua nlo. qui solus perf. & potest in voluntate libera operari: licet aliquando congruè

in locu publici concio habeatur.

§. 7. Admirabantur Iudæi. Admirantur Dominum prædicatorem, quia debet aliquando prædicator, docens D. Augustino, stylum altius atollere.

§. 8. Admirabantur illi, sed non conuertebantur, sicut Pharaos, alijque ex nobis plurimi.

§. 9. Pueri audientes, qui tantum adferunt intellectum, non autem voluntatem. Unde licet admirentur non tamen conuertuntur.

§. 10. Eleganter declarat D. Ioannes illo Mirabantur, illud variis Iudæis: In vacuum laboraui: quod multi dicere possunt prædicatores.

§. 11. Ebum efformat D. Ioannes multo fortiorum, quam Egypti ebum, ad verba Iudæorum, qua illos conuincit, ex illo ipso quod consistuntur.

§. 12. Alia doctrina, &c. Dicit hoc secundum quod

- quod Deus est, eo modo quo declarat D. Aug. & secundum quod homo, eo modo quo sponsa varijs figuris, & D. Ambros. de tunica inconsutilli.
- §. 13. Offendit se Christus Messiam à Patre caelesti promissam, cum verba sumi, sicut eius legati.
- §. 14. Probat Christus se Prophetam esse promissum, in cuius ore Deus verba sua poneret, & ei refractarios castigaret.
- §. 15. Mea doctrina non est mea. Prædicantis doctrina, sit Dei, cum ipse legatus est, & ei talis honorari debet.
- §. 16. Mea doctrina non est mea, &c. Illis verbis prostravit Dominus Pelagium ac Lutherum, & confessionem docet de efficacia gratia Catholicam.
- §. 17. Fatere tua esse peccata: bonum autem de Dei manu provenire: illam cum David exalta, & non tuam cum Saule.
- §. 18. Bene declaravit David gratia efficaciam, ac melius Christus, dicendo: Dediti mihi, ut faciam.
- §. 19. Hoc cognoscere, quod Mea doctrina non est mea, est velut oleum, ob cuius defectum quinque virgines stultæ fuisse perhibentur.
- §. 20. Dei doctrinam intelligit qui suam rectificat voluntatem, qua male disposita excæcat intellectum.
- §. 21. Illuminat Spiritus S. intellectum, purificando voluntatem, qua purificata, fidei doctrinam bene percipit intellectum.
- §. 22. Doctrina Christi eiusque fides intellectui conveniet, si voluntas sit bene disposita: est etenim sicut manna.
- §. 23. Ut fidei mysteria intelligas, illa credito: fugiens Hymenæi blasphemiam, & primum locum fidei cedens, sicut D. Ioannes D. Petro.

HOMILIA XXIX. DE DOCTRINA CHRISTI.

Quarto die Martis Quadragesimæ.

Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum & docebat. Ioan. 7.



Divinus Evangelista Ioannes nobis hodie Christum representat eximum Doctorem, adeo sublimia profunda que prædicantem, ut insensibilis sibi inimicos in admiratione rapiat quam maximam: erant etenim illi, qui se totius mundi iactabant esse sapientissimos, in tantum, ut non attendentes ad ea, quæ dicebant sed ex eo attoniti quod videbant, faterentur doctrinam hanc esse divinam & caelestem, quandoquidem eam non in terra cognoscerent acquirita. Patet nos Salvator instruit, qui sint congrui doctrinæ suæ auditores, qualesq; ipsa postulet, ut ea iante & cognoscatur esse talis qualis est. Divinæ placeat

Maiestati, ut inter illos numeremur. Contigit Hierosolymis Pascha celebrari seu festum Tabernaculorum septem diebus: Circa festi medium, id est quarto die ascendit Christus templum, ubi concussus erat populi innumerebilibus pulpitis ascendit, prædicat, idque adeo subtiliter de S. Scripturæ mysterijs, ut audientium animos suspendat, reddat attonitos. stuporeque tanto percussos, ut ad invicem colloquerentur. Qui fieri potest, ut homo tanta non erit, qui nunquam classes doctoresque frequenter auerit? Unde trahit hic tam doctas literas, tam aliam divinamque sapientiam: quandoquidem probe fecimus, quod nunquam literis vacaverit, artem aliam quæ fabricam didicerit, cuius libri, quos manibus tractaverit,

uauerit, alij non fuerint, nisi secutis, setra, bipennis, dolabrum &c. Respondet illis Dominus, quem nihil latet ar: *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, qui eius facere voluerit voluntatem, cognoscat de doctrina qualis sit, & a quo procedat, non certe ab alio quam a Deo. Quaecumque loquor & doceo, nuntia sunt Dei quae vobis ex eius nomine denuntio; proinde non meam quero, non pretendo gloria in eo quod propono, sed eius instar legati fidelissimi, qui non nisi Principis eum mittentis honori studet gloriae.* Hoc Dominus argumentum profectus diuinas adfert rationes adeo sublimes, vt ad earum intelligentiam nostri pusillitas intellectus diuina eius indigeat gratia supernae luce: tam ab illa postulemus, quae cum sit mater eius, est & mater gratiae, eam humilissime salutantes. *Aue Maria.*

S. I. Ad duo reuocantur ea quae Christi sunt: ad opera & doctrinam: vtraque Iudaei diabolo attribuebant & vtraque probat Christus diuina.

Exiuit sanguis & aqua.

Act. 1. 1.

I. D. Lucas non omnia sed de omnibus in communi scripsit. Ioann. 22. 25.

CEnluit D. Chrysof. quem D. Greg. Nyss. vocat *diuinum Oratorem* quod ea omnia, quaecumque Christus in nostram patriam reuocentur: hoc est ad opera, & verba, facere, & docere, miracula & doctrinam. Hoc supposito verba illa declarat historiographi. Lucas, qui postquam librum scripserat euangelij, in quo ea tractat, quae ad vitam Christi spectabant, a conceptionis eius in visceribus purissimae virginis in initio, vsque ad resurrectionem eius, in iherosolymis ascendit, acta conscripsit Apostolorum, qui remanserant in mundo vt sanctum saluatoris predicarent euangelium. *Primum quidem sermonem feci de omnibus: & Theophraste, qua cepit Iesu facere, & docere, vsque in diem &c.* Primo loquitur in euangelio, quod de omnibus ijs scripserit, quae Christus & fecit & docuit, humanam operaturus redemptionem.

Prodit D. Chrysofomus, & ait: Contine calamum, o sanctissime euangelista, qua veritate dicis te omnia scripsisse? *De omnibus?* Adest hic & alius vitae Christi commentator D. Ioannes, qui postquam multa de illis eaque magna & miranda scripserit, subiungit & ait: tanta esse ea quae Saluator noster fecit, vt ea in scripturam redigere sit impossibile, sicque historiam suam concludit euangelicam: dicendo: *Sunt & alia multa.*

ta, quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribenda sunt, libros.

Verum est, inquit D. Chrysof. esse impossibile ea scribere, quae Christus fecit in singulari, & hoc est, quod ait D. Ioannes: *Quae si scribantur per singula.* Verumtamen ea describi poterant in communi: manifestum enim est, quod ea quae Redemptor noster fecit ad duo capita reuocentur, facere & docere, & haec comprehendere voluit D. Lucas euangelista: quocirca non dixit, quod omnia quae fecit Christus litteris conscripserit. *Non dixit omnia, sed de omnibus, perinde D. Greg. ac si quis dicat summam in genere, de omnibus Hom. 1. in qua cepit Iesus facere, & docere, intelligi volens Act. 1. Ammiracula & doctrinam.* Eodem termino idem postea, 2. 3. duo discipuli expresserunt tentantes in Emmaus, qui breui epitome conari comprehendere quis Christus esset, dixerunt: *Qui fuit vis potens in Luc. 24. 19 opere & sermone.* Et quantum sapio, ita ipsi quam D. euangelista Lucas: tetigerunt historiae Moysi. Quando Dominus miseretur super afflictionem populi sui, qua captiuus in Aegypto seruitute Pharaonis premebatur intolerabili, liberare eum decreuit, in quem finem Moysen delegauit, eumque potentem reddidit & eminentem in duobus, operibus & verbis. Ita de eo fecit testimonium D. Steph. *Erat potens in verbis & operibus suis.* Potens in operibus: ad haec enim tradidit illi Deus vigam illam mirabilium effectrice qua potens tot edidit miracula, vt ipsi potentissimi Aegyptiorum magi stupore nimio terrentur. Aquas in sanguinem conuertit, caelos obscurauit, iulura & grandinem detraxit in terram, quibus mundum horrore percelleret, mare diuisit viamque iustissimam populo traiecit: i praeparauit, aqua melle dulciter de petris eduxit silientibus, & de nubibus panem Angelorum esurientibus. Tanta praefulsit potentia, tanta sunt opera quae patrauit, vt ipsi capitales inimici ore proprio hanc diuinam fateantur esse potestatem. *Digitus Dei est hic.* Potens in verbis ob doctrinae Exo. 8. 19. celsitudinem, ac diuinarum mysterium expositionem. *Eruditus est in omni scientia Aegyptio: L. de vita Moysi.*

Narrat eruditissimus Philo, quod de Moyses a filia Pharaonis adoptaretur in filium, atque in Regis educaretur palatio, aduocauit Rex sapientissimos quosque mundi doctores, vt illi essent magistri, cunctasque edoceret eum scientias, cui Deus tantam infudit ingenij lucem, vt breui temporis intervallo eas tanta caperet perspicacitate, vt ipsos suos superaret praecceptores. Praeterea illam

illam naturalium scientiarum sapientiam, & alia illi Deus infudit supernaturalem adeo præclaram, & diuinorum notitiam mysteriorum adeo singularem, vt quando de illis diserebat, omnes in admirationem raperet vehementissimam. Illis duobus præstans à Deo mittitur Moyses educturus populum Israel, operibus potens mirabilibus, & doctrina clarus incomparabili. Iisdem quoque spectabilem misit filium suum Patrem æternum Dominum nostrum, vt genus humanum eriperet de potestate ac seruitute Pharaonis infernalis, diaboli scilicet cum potestate mirabilia operandi, eruditione mysteriorum inaudita, & hoc tanta prerogatiua, quanta Christus præ Moyse dignitate clarior eminebat. Et Moyses quidem fidelis erat tota domo eius tanquam famulus &c. Christus vero tanquam filius in domo sua, testatur Apostolus. Ea differentia quæ inter Christum & Moysen (erat quo ad essentiam nam ea Moyse erat vt famuli fidelissimi in domo Dei, Christi verò, vt filij naturalis, totius domus Domini) eadem erat quo ad potestatem patriandi miracula, & docendi mysteria, quocirca infinitis fuit Christus in opere & sermone præclarior.

III. Christus verbis & operibus Moyses erat eminentior. Iob. 3. 5.

IV. Arbitratur D. Rupert. Abbas quod iam à bis mille annis Iob spiritualibus aspexerit oculis, & Iob hanc superna luce prophetæ illustratus Saluatorem, in quo duo ponderat laudatque singularia, potestatem & scientiam. Apud ipsam est sapientia & fortitudo: q. d. In se ipso ipsam continet omnipotentiam, ita vt quod si præclarum aliquid edere velit facinus, non opus sit ei ab alio emendicare, nec ostratum rogare, sicut Moyses, alijque sancti, quando namque singulare quoddam opus erant facturi, ad Dei necesse illis erat, ostium recurrere, rogando, & deprecando. Similiter & in se ipso totam includit sapientiam. Apud ipsum est sapientia & fortitudo. Hæc est phrasis, qua postmodum vsus est Dauid, vt explicaret, quod Deus vita esset per essentiam: ex quo omnis emanat in eum vita, quem vult vt vita viuat: Apud se est fons vite.

Lib. 7. in Iob. Iob. 22. 53.

¶ 35 10.

Si igitur habeat hic Dominus ipsam omnipotentiam, qualia credimus opera eius futura: & si in se ipso totam includat sapientiam, qualia ab ipso verba percipimus. Talia fuerunt, tæque mirabilia eius opera, vt illa cõspiciens magnus ille Princeps Iudæorum Nicodemus, se ipsum Iob. 3. 2. submisisset, dicendo: Nemo potest hæc signa facere qua tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Et liberè dicere licuit cæco illuminato toti Synagoga, Ierusalem: A seculo non est auditum, quod Hieron. Bp. de Laniis Tom. III.

quis aperuit oculos cæci nati. Eratque hæc communis omnium vox, commune suffragiũ: *Christus Ioan. 7. 31* *fuit cum venerit, numquid plura signa faciet, quam qua hic facit?* Talia operã, vt ipsi principes ac Sacerdotes ad plenum conuenientes concilium, illorum magnitudine stupefacti, falsi sunt eam esse magna, vt sufficerent quibus totum ad sui sequelam fidemque traheret mundum: *Multa signa facit si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Quo ad verba autem & doctrinam, quid adeo potens, quid excellens, quod huic valeat comparari?* Cum adhuc duodennis in templo sederet in medio Doctõrum totius mundi præclarissimorum: *Suscepant omnes, qui eum audiebant super prudentia, & responsis eius. Et omnes qui loquentem eum audiebant, admirabantur nimis de ijs, quæ procedebant de ore eius. Unde turmatim omnes videas irruentes, eum audirent: Turba irruerant in eum, vos audirent verba Dei. Narrat quoque D. Euangelista Ioannes, quod doctrinam eius admirati auditores conclamant hi: Hic est vere propheta: suffragentur alij, hic est Christus. Refert similiter, quod quidam à Principibus missi apparitores, vt eum caperent, ipsumque prædicantem inuenientes, abstitit vt illi manus iniecerint, quimmo velle protulerunt se eius esse discipulos, dicentes: Numquam sic locutus est homo.* *Ioan. 7. 41.*

Hæc tanta doctrinæ eius relictudo patet hoc die euentius: cum enim Dominus in templo Omnes concionem haberet ipso festo Tabernaculorum, admirantem in quo tantus populorum doctrinam obstupescere, & proflus omnes attoniti menteque suspensi, in vicem interrogant. *Mirabantur dicentes: quomodo hic literatus sit? Hoc nomen litteræ diuinas indicat litteras, præsertim S. Scripturam, cuius mysteria declarabat, vt eandem auctor litterarum, ac scientiæ Dominus. Dicebat tanquam potestatem habens, ait Euangelista: & non sicut Scriba & Pharisei. Cum hoc ita se haberet viderentque filij Satanae operum Christi Iudæi magnitudinem, doctrinæque eius præcellentiam, eius de tanta fuit eorum diabolica peruerlitas vt & hic trahunt & ille eum calumniarentur: & vnde poterant ac debebant cognoscere ipsum esse Dei filium, inde terribiles eiciant blasphemias, eum accusando, & indicando prælixiorem, dæmoniacum, diabolo cõfæderatum, hominemque mortalem talia suis viribus negabant patriare posse miracula; porro calumniabantur quod ea Christus faceret opera fultus gaudensque diabolica.*

VI.

Ita

Ira Christo detrahebant, quando prodigiosum illud viderant ipsi miraculsi, quo Dominus daemones liberavit: *Mat. 12. 24.* *Et Beatus princeps demoniorum eiecit demonia.* Similiter quando caecum illuminavit, opus à saeculo inauditum: cum denigravit. *Non est hic homo à Deo.* Eodem modo doctrinam eius canino dente lividi vellicabant, Intelligebant enim quòd suis viribus homo ad tantam non posset sapientiae pertingere claritatem: at tamen dicebant quòd ad eam Christus virtute Satànica pertingeret: ille cum doceret, ille magister talia praegeret. Proh blasphemos, proh proditores, proh nebulones? Sicut autem principale argumentum, quo Christum esse filium Dei constabat, primario in operibus eius atque doctrina fundabatur, ita principium eius intentum fuit, illis respondere calumnijs: unde dum eius detrahebant operibus, illa adscribendo Satanae de industria in arenam prodit probaturus, se illa minime facere nisi in virtute Patris sui diviniissimi. Sic contigit quando sanitate paralytico apud piscinam ab eo impetita denigrabant, qua Christus apertius dicere coepit, se filium esse Dei, quia satis fusa concione, quam D. Joan. ad rem optime descendit, et probare nititur, in potestate Patris sui aeterni se hoc fecisse miraculum. *Pater meus usque modo operatur, & ego operor, &c. Amen dico vobis non potest filius à se facere quicquam nisi quod viderit Patrem facientem: quicumque enim ille fecerit, haec & filius similiter facit.* Exponere voluit unitatem potentiae suae, cum ea quae Patris sui erat: Nec non quando demonis mordebant ejectionem per amplè dilcurrit, testibus Evangelistis, ostendens opera sua virtute fieri supernaturali ac divina, quibus omnibus auditis, in medium prodijt mulier illi gratulante acclamans: *Beatus vniuersi, qui te portauit, & vbera qua suxisti:* Hodie doctrinam eius maculis inspergunt, cum enim eam adeo sublimè faterentur, vt eam nemo suis posset acquirere viribus, illam diabolo student impurare: quocirca data opera demonstrat illis, hanc se à tali non hausisse praecceptore, se à aeterno Patre, cui hanc acceptam referebat: instruit autem illos, qua ratione haec ita se habere cognoscerent, hancque à Deo Doctrinam effluxisse, nobisque proponit altissimam, quatenus illam vt talem agnoscamus. Hoc hodierno continetur Evangelio.

§. 2. Iam die festo mediantie. Ascendit Christus, qui omnes spiritus comprehendit intelligibiles: & hoc uabis & alijs. exprediebat.

In die festo mediantie ascendit Iesus in templum. Nemo dubitat, quin hoc festum fuerit vnum ex solemnioribus in populo Dei frequentatis, quod dicebatur Scenopegia seu tabernaculorum; seu tentoriumum. Ita paulo superius hoc exponit Euangelista. Festum hoc Deus statim ab initio instituit, in memoriam illius magni beneficii, quo populum quadraginta annis conseruauerat in deserto, nullo sub alio tegmine, sicut Scenopegia, vel tabernaculis commorantem. Celebrabatur autem mense Septembri, collectis iam terrae frugibus, per dies septem aut octo, licet aliqui opinentur quòd dies octauae solemnitas, alia esset, quam dicebant Collectam, eo quod tunc collectam instituerent imperialis diuino cultui acquirendis. His omnibus diebus morabantur Iudaei in campo, & curibus ad hoc institutis, quamuis interdum ad templum accederent, hostias & vota oblaturi, nec non Dei verbum audiri. Mediantie iam festo, id est die quarto ascendit Christus Hierosalem ex Galilea rediens, vt opinatur D. Aug. conformiter Scripturae, quo secesserat, quia quarebant eum Iudaei inuicere, & consilium ascendit in templum praedicaturus. Gradum hic signum SS. Doctores, Christumque interrogant, vt quid tam diu haeserit, nec nisi mediantie festo, & finiente, praedictum accesserit. *Iam die festo mediantie:* Quid Christus hoc rei Domine, à quo tempore te tandem vidimus accedentem ad festi celebrationem? Numquid tu fortitan illis huius nostri saeculi annumerades, qui vel quia seruis de strato surgunt, sicut desideriosi illi, vel quia se comunt, sicut domicellae, vel quia scintillam praefumunt cum ebriosis ad Ecclesiam accedunt mediantie iam missa, & absoluta eius parte principaliori? A quo tempore tam tardus ades, quando honoris cultusque Patris tui negotium agnatus, sic vt deficias, vbi de illo cogitatur? Numquid tu matri dixisti, alio occurrente festo, quod vt illi interesses, illam deseruisses? *Inijs que Patris mei sunt, partes meae.* *Luc. 2. 49.* *Se:* Qua gratia nunc alijs ad festi primordia properantibus in aeterni tui Patris obsequium ita tu deficias, & vsque ad medium festi tardus haeres? Diuino planè consilio.

Est Christus patris sapientia teste Apostolo *1. Cor. 1.* *Et quibus vobis conditiones describit Spiritus S. Libro 24. sapientia,*

VII. Christus eorum refellit calumnias.

Joan. 5. 7.

Luc. 11. 17.

5

I.

II.

III.

Sap. 7. 14. sapientia supponatque vnum principium: *Omnibus mobilibus mobilior est sapientia attingit ubique.* Legit D. Aug. *Motus eius agilitas, celeriorque est omnibus motibus.* Veloces sunt cæli momento temporis ad sua concurrentes, his mobiliores sunt Angeli: sunt enim Spiritus, nec eos corporis pondus remoratur, & ob eorum celeritatem ubi sese offert occasio cuius hanc damus rationem: quia repletus est Spiritu S. *Est enim in illo spiritus intelligentia sanctus, & mobilis, suavis, & omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes Spiritus intelligibiles.*

Proprie convenit Spiritus S. cæcis, in quibus refidet, reddere diligentes idcirco super Apostolos descendit in figura ventu vehementioris, & ignis ardentioris, quatenus illos ita diligentes efficeret prout expediebat vniuersum mundum purgaturus, velut naues, quas cursu velocissimo propellit ac si volarent ventus rapidior, & iustar glandis aræ, quam ignis æstuosus de tormento explodit grandiori. *Nescit tarda molimina Spiritus S. gratia, testatur D. Ambrosius.* Idcirco de illo Spiritu dicitur quod sit *Mobilis.* Variabilis legitur: *Vegetus, vitam dat & robur D. Ambrosius scripsit, bene mobilis, q. d. diligenter mobilis, propter effectum, illos etenim, quos innadit diligentes facit, sicut Moyses: Intrauit in animum serui Dei, & stetit contra Reges horrendos in portis & signis, &c.* Et sicut patuit in ossibus arripit Spiritu S. dis de quibus Ezechiel, *Diminus ille Spiritus super Christum in omni plenitudine requieuit: Non ad mensuram datus est ei Spiritus.* Vnde vidit D. Iohannes, quod in columba figura super eum resideret, vatis Isaie con. plens oraculum. *Requiescit super eum Spiritus Domini.* Ille reddidit eum a Ezech. 37. deo diligenter in operibus suis; vt nec Angeli nec Cherubim, nec Seraphim tam diligentes in operibus suis esse conuincantur. Quocirca iussit reuerus eius Pater, vt illi nomen imponatur: *Accelera, festina.* Quam primùm baptizatus fuit, & super eum resedisse Spiritus videbatur. *Statim ascendit de aqua, &c.* Et statim Spiritus expulit eum in desertum, &c. En qualem conspexit eum Isaías ad mortem festinantem. *Quasi fluvius violentus, quem Spiritus Domini cogit: Vt restentur Evangelistæ, discipulos vehementer admiratos, quod tam festino gradu Hierosolymam properaret. Quinam eius in passione diligentia, vt sedecim vel octodecim horarum tempore tot talisque stationes percurreret vt illas*

nec ipsa lingua Angelorum, licet expeditissima, nec multis quidem annis sit enarratiua; velut electum quod vidit Ezechiel ignibus, vnde quaque circumseptum inter animalia discurrens, de quo alijs.

Qua igitur ratione moram Redem prot noster trahit? quia Spiritus, quo dicitur, suavis est. *Est in eo Spiritus suavis, & omnibus adest vt optimus Ratio cur medicus, qui sic splemi subuenit, vt iecinori non Christus vocat: Omnia prospiciens, & qui capiat omnes moras Spiritus intelligibiles:* Sic vltimum legit textus tractat. Græcus, & biblia Complutensis ac Regia, insuper D. Ambrosius, q. d. quod omnibus adest omniumque consulat salutem, sicut illi quis cordium sinu penetrat abditissimos, & intimas pervadit sublimissimorum cogitationes Seraphinorum, sic vt nec vna eius fugiat inte. lectum. *Qui capiat omnes Spiritus intelligibiles.* Omnia corda Christus penetrabat, vnde cum illo populo sic se habebat sicut qui clarissime videbat quidquid cordibus suis gereret absconditum. *Iesus non crederet semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes &c.* Ipse enim sciebat quid esset in homine, sic ait Evangelista dum illud tractat, quod Christus in Paschate cum esset Hierosolymis, dilucide videret & pertraheretur quidquid in eorum cordibus intus voluebatur: cognovit autem quosdam sibi beneuolos, cupidos videre illum & audire, quodque ea de causa tam sedulo ad Paschatis celebratione concurrissent: alios autem diabolica rabie liuidos sanguini suo insidiantes, & ad Pascha confluentes, ac credentes, quod eo esset ipse venturus, paratos velut excitati sūt vigiles, vt quam primùm aduenisset, in eñs leues molirentur insidias. Qui fiet, vt illi, viso Domino, non reddantur peiores, & grauiori furoris æstro non excitentur; alijs autem non desit. Omnibus prospiciat: *Omnibus prospiciens:* Detineat se, ad Pascha non veniat, non ad solemnitate: is initia prudenter festinet, quando statum illi iam contra eum rabie tua Chriodimque exacerant, illum expectando, vel suis lauparum eorum malitia furorque deserueat, & datur. cum se presentem illis non exhibeat primis diebus, eorū alio diuertat cogitationes Paschalis lata festiuitas. *Eorum itam molliens, vt absentia sua eorum iram sedaret* ait D. Chrysol. *accedat iam mediante festo, diesque illis maneat sufficientes, qui diligunt illum, & audire, & videre & excipere desiderant: collocetur sicut lapis angularis in medio angulorum sibi adeo oppositorum, absentia sua reprimens insidiantium rabiem inimicorum, qui eum essent precipitaturi, si ad festi principium eum presentem aspicerent,*



picerent: & sua leniens eos presentia roborat: que doctrina à quibus quanto diutius tardabat, tanto aprabatur ardentius. Itaque hac sua temora, vehemens in quibusdam cum videndi audiedique desolium excitabat, in alijs autem rabidum cordis eorum furorem ignemque praefocabat, illud adimplens (teste Euthymio) quod scriptum legebatur: *Causa facti Deus bona in*

quam adesset: neminem enim lateat illa S. Spiritus sententia: *Sapientiam non vincit malitia.* Nec Sap. 7. 30. contumet ut nefanda malorum iniquitas, de divina, in ordine ad bonos, triumphum agat sapientia.

Se igitur subducit, nec ad festum celerius conuolat, ne malorum atque peruersitatem: exigit aequitas ne se sinat à malitia superari, perseverans in absentia usque ad finem Paschalis, sed ut tempestivus ijs occurreret, quibus integra erant viscera, in quibus, quanto Saluator moras traheret longiores, tanto ipsum videndi, eiusque doctrinam audiendi, cupiditatem accendebat feruentiorem: nullum etenim efficacius mediū accendendi desiderium, quam eius differendo complementum. *Desideria dilata crescunt*, ait comment. D. Augustini propositio. Se habuit Christus instar divinisissimi medici. Febribus infirmis restituit ardentioribus: aquam sibi dari postulat, do. virget, supplicat, ut certus ad portum anhelat, ordinat medicus: ne propinatis illi ad febris initium, laborat enim ægrotus contrarijs humoribus crudis ac indigestis, quibus calor patitur febris, quos oportet consumi, quod si portum siccitanti tribueris, crudities illæ augebuntur, & ignis accendetur truculentior: Habet quoque febricitantis fetor quod spiritus praefocet vitales, quos omnino extinguet, nisi per portum recreentur. Quid remedium? Ne aquam illi statim in accessu febris præbueris, ne ex illa humores crudiores roborentur, sed digerantur prius & ardo paulatim se remittat, ne portum porrigat, quod leniatur & spiritus vitales excitentur, ita ut dum vni subvenitur, alteri non derogetur. Ex illa in addidit, sic tua peragere opera, ut dum vni sum vtilia, non sint alteri perniciofa. Tu Domine qui mundum frequenter, eius satisfactio obligationibus: porro fiat hoc eo modo, ut ea que Dei sunt, non negligas, quæ primum habere debentur: curam illius habe, quod corpus ad sui postulat conservacionem: verum amen hoc ne har cum spiritus dispendio. *Negotta tua dirige*, in tuum filiorumque tuorum commodum, ne tamen sit cum detrimento damnoque egenorum. Facultates tuas tuæque bona cures temporalia, sed non ideo minus sis in promovendis animæ tuæ virtutibus, bonisque spiritalibus, Tempus tibi negotijs tuis exercendis decerne congruum, at tamen velim tibi vel parum superesse, quo Deo divinisque vales intentus. *Satage, Domine, gratia computat, incedere, caute autem tibi ne pusillus scandalum fias & lapis offensionis.* *Eo sine decrevit Deus, ut vir ille, quæ vidit*

Eccli. 3. 11 tempore suo.

1. Reg. 25. Prudentiam imitatus est Abigail, quæ marito suo loqui distulit: quia vidit eum vino madidum, expectans, donec humores vitæ crassiores, quibus ei caput turbabatur paululum se remississent. Aptius nullum scio medium, ut se cholerae ratiões remittat, qua contra te commotus quispiam excandescit, quam si prudenter eius te presentia subducas. Ita simul ter prudentiæ laude spectanda Rebecca, cum vidit Esau in Jacob acriter exacerbatum, ac moliri cogitationes in fratris necem iniquissimas, ob præceptum ab illo benedictionem, filio Jacob mature consulit, ad aliquot dies se secederet, ubi frater Esau eum minime videret: etenim absentia, credet ac forte, ut fraternus se furor attemperaret. Curte filii mei, si tua, perge in Mesopotamiam in domum fratris mei, tui fratris interim cholerae furorque mitigabitur. *Ecce Esau frater tuus minatur, ut occidat te. Nunc ergo, fili, audi vocem meam, & confurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran, habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat, furor fratris tui.*

Gen. 28. Notat Gollia, quod singulari consilio, diuino. *24.* que ordine à Deo Moyle præscripto Dux Iosue quinque designavit refugij civitates, quo tu-
Deute. 19. to confugerent, seque defenderent quicumque casu fortuito commississent homicidium, & inde certo tempore non discedentes moras illic traherent, ut eo tempore homicidæ se ipsos præsentia visumque parentum subducerent mortuorum, quo fieret ut eorum ira mollirescit, quam in eos conceperant consanguinei eade iam contaminatos. Et hoc ex sententia D. Hieronymi voluit insinuate Spiritus S. *Non incendas carbones hominis peccatoris.* Sicut aquæ gutta, quibus fornax vehementius accenditur, verba que viro loqueris exacerbato, contraque te grauitè stomachabundo: secede patumper, & iræ vis sedabitur. Quia verò multos eorum erat numerus qui Christum ægite patiebantur, moras componit: *Ut requiescat furor eorum.* Verumtamen ratio non suadebat, ut ne malefactorum offenderet animos, omnino beneficiis desisset & bona mentis intentione seruentibus haudqua-

Isue. 20. Ratio in-

stituendi

civitates

refugij.

Eccl. 8. 13.

dit Ezechiel, qui Dei domum ædificabat, in manu habet eze pendiculum, quo lapides collocandos metiretur, ut taliter vni conuenirent ex hac parte, quod alijs ex altera minime repugnarent.

§. 3. Ascendit in templum & docebat. *Prædicat Dominus in templo, vlti tali doct. vna propria, quam David inscribit separatam, castam, atque purificatam.*

6 **D**iximus ac repetiuimus hanc solemnitate in templo non celebrari ne quidem in ciuitate Hierusalẽ, sed ruti, in pratis, vbi singule familie sibi teatoria seu tabernacula erigebant, & ita Dominus ob rationem prædictam iustiterat. Porro ad sacrificiorum orationes templum ascendebant: nec enim licitum erat extra illud Domino sacrific. rer. in illo primario fiebat concto, & in illud Dominus prædicaturus ascendit. Hic nobis occasio subsistendi offerebatur, & audientes quod Dominus ipse doceat, ipse prædicet, infinitis illi gratia referendi: quia impletum esse gratulamur quod de eo præcinit vates Regius: *Fulgura in pluuium fecit.* Quam tremendum concitant, citorem tonitrua, fulgure, cornificationes: Festinus aufugis toto corpore contremiscens, quarens vbi te abscondas, verum tamen quando terribilis illa tempestas in aquam conuertitur suavissimam, quæ terram plantisque vniificet: quam lætus præ gaudio tripudias! O qua tonitrua, quæ fulgura, quæ cornificationes, quando lex vetus promulgabatur? Omnes terrore nimio corruerant exanimis, ut quo fugerent, ignorarent. Et ipse Moyses contremiscens, ac tremebundus substitit: *Extremus sum & tremebundus.* Sit Deus in omnia sæcula Benedictus, qui *Fulgura in pluuiam fecit.* Iam tonitrua illa terrifica, iam ignei radij, fulguraque transierunt, & aquam nobis doctri- nae suæ propinat eminentem, æternæque sapientia: quæ sedem suam in æterni Patris sinu habet in altissimis caelorum, hodie cathedram suam in terræ profundissimo collocat, illius amici Iob ardentissima complexu detulera: *Vnam loque- retur Deus tecum, &c.* *Et ostenderet tibi secreta sapientia.* Olim si loquebatur, quasi de longè loquebatur, per scripturarum litteras, & nuntia Prophetarum: Nunc autem ipse loquitur, ipse docet ipse prædicat, & ait: *Ecce, qui loquor, ad sum.* In eum finem ascendit templum concionaturus: *Ascendit in templum, & docebat.* Et retè

proprius est locus docendi diuinam & tradendi disciplinam.

Huius David pendens, excellentiam Psalmum illum composuit, ut per amplum ita cælestem ac sublimem ordine Alphabetico, & cum profunditate sexaginta sex versibus constet, nullus est, dissimulatus in quo non nominet vel exprimat singularem est. aliquam huius diuinæ doctrinæ legisque dignitatem. Quia de causa data opera, & præhibito consilio illum expendunt D. Ambr. viginti & duobus tractatibus. D. Aug. triginta duabus concionibus, supponens D. Ambr. quod cæteris hic Psalmus præcipiat in legis diuinæ declaratione illas prærogatiuas, quas sol meridians ipse fideribus, & protestatur D. Aug. quod licet Psalmus ille reliquis clarior esse videatur, sinus atramentum profundos, & abyssos contineat Sacramentorum: *Quanto videtur apertior, tanto mihi profundior videtur solet, ita quantum sit profundus, de Tom. 3. monstrare non possum.* Igitur inter prærogatiuas quas rex Propheta in lege diuinæ meditatur, hæc vna est, quam mysticis illis verbis declarat: *Mirabilia testimonia tua.* Non paruis hæc vox Ps. 118. *Mirabilia sciet Sacramentis.*

Porto illa comprehendit Cardinalis noster III. Caetan. verbi Hebraici considerans energiam: Vnaquæque quod significat, separatam & multum elongatam que scilicet à communi iudicio, & opinione mortalium: vntiam suam de sic legit: *Separata testimonia tua.* Fuit hæc habeat communis inter maximè sapientes, mundi que classem præceptores opinio, quod necesse sit vnam quamque disciplinam seu scientiam, propriam habere sibi Academiam suo congruam instituto. Sic patet in Socrate, Aristotele, Platone cæterisque nobilioris famæ Professoribus: quando namque scientias prælegebant communes, scholis habebant loca communia cunctis patentia, sed disciplinas docturæ subtiliores, ac singulares, v. g. de cælo, de motibus eius, de stellis earumque influentijs, de productione ventorum grandinum, pluuiarum, alijsque secretis Philosophiæ profundioribus, classes seligebant ab hominum concursu separatas, & omnis ijs que de pluribus liceret præferre, sufficiat id quod refert D. Hieronym. de præclaro illo Philosopho Hiarcæ, qui scientiam traditurus de Astrologia, de motibus cælorum, aspectibus planetarum, proprietatibus stellarum paucos solummodo discipulos ad classem suam admisit, & cum illis ad regionem secessit longius separatam, si- bilique cathedram erexit auream, ad intimos recessus prope fontis crystallini scaturiginem, cathedra perpaucis tantum sibi sociatis: sibi persuadens

II. III. IV. *Ep. ad Paulus.* *Hiarcæ Philosophi aurea docebat.*



talem doctrinam talem repositere Academiam, quem Plato auditurus, innumeras pertransit, regiones: Latissimo Pelson amne transiisse, pervenit ad Brachmannas, ut Hiarcam sedentem in throno aureo, de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos de natura, de motibus siderum ac die-rum cursu audiret docentem. Quinimo & inter nos in studijs generalibus videmus, quod vna-quaeque facultas suam habeat gymnasium proprium: non enim conveniunt Theologia, ubi professores sunt Medicinae, nec sacri Canones, ubi Matheseos resident instructores.

7
V.
Doctrina
Dei qua-
lis sit ex-
ponitur.

Qualis est doctrina Dei? Separata: Separata testimonia sua, mundi negotijs legibusque contraria hic docet: Beati divites Beatus populus cui haec sunt: Illa: Beati pauperes spiritu. Hic, amicus amico, & inimicus inimico: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum: Illa, ut diligas inimicos tuos, & tibi male facientibus beneficias: Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, benefacite illis, qui oderunt vos. Mundus autem, cui abunde non sunt facultates, si quiescent exoptet illas studeat sibi comparare, lucrarique divitias: Ille autem, qui possidet illas, si velit esse perfectus ab illis seipsum expedit: det pauperibus, &c. Hic, ut delicias secteris: Illa ut illas excretes, & queras, quibus carnem tuam gulamque mortifices. In mundo docetur, ubi tres sunt personae, tres esse substantias, tres essentias, & tres voluntates: in schola Christi proponitur, quod in sanctissima Trinitate tres sunt personae, at vna tantum substantia, potestas, essentia, voluntas, &c. Mundus inculcat, ut ex accidentibus iudices de substantia, & panem habeas, quod panis constat accidentibus, ac vinum, quod vini praefert accidentia. Doctrina Christi profiteretur, quod in primarijs eius mysterijs, praesertim in Sanctissimo Sacramento, non iudices ex accidentibus, nec iuxta id quod oculis conspiciunt: etenim viro Christiano proprium est, quod Isaias ait: Non secundum visionem oculorum iudicabit. Doctrina adeo separata ab eo quod mundus docet, sentit, loquitur, separatam requirit aulam, quae sit velut extra mundi confinia.

Isai. 11.3.
Pf. 11.7.
VI.
Eius qua-
litas
David
enumerat.

Nemo magis proprie quam David exponit huius doctrinae qualitates: Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum. En quanta doctrinae puritas. Primo: sunt eloquia Dei casta, hoc est, pura, limpida, nullis infecta vanis falsisque coloribus, meretricibus proprijs, quales sunt, quibus mundus, caro, ac diabolus eloquia sua, doctrinaeque oblinunt. Haec est velut mulier,

qua nulla castior, nulla censetur honestior. Haec Davidis sententiam, ut mihi persuadeo, declarat Apostolus Iacobus: Quae desorsum est sapientia Iacobus, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, 17. &c. sine simulatione. Non ea est quae fallaci co-mparetur meretrici: Haec enim se depingit, simulatque pulchram affectatis coloribus ac fucis, cui sit ipsa turpitudine turpior: Eloquia casta, Casta, dicit D. Augustin. sine corruptione simulationis. Inter nos mundi scientia, rationes eius ac discursus, omnes sinistra intentione & animo proximum fallendi corrumpuntur, cui subscribit Apostolus Paulus: Et per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Sunt loquaces doctrinae: totam etenim suam habent in loquendo dicendoque efficaciam, sicut publica illa meretrix, quam Spiritus S. Garrulam appellat: Verum enim veto doctrina Dei casta est, simplex, integra nulla simulatione, nulla alia perversa interius intentione praeter id quod exterius praefert tuam spectans utilitatem, sed in veritate castissima commendatur.

Argentum igne examinatum. Argentum igne potentissimo ac vivacissimo purificatum, per illum, & in illo formatum, quo ab omni scoria & argine purgatum mundumque splendescit, ita ut nec in minima parte, sed nec atomo quidem tetra consperium inquinetur: Purgatum terra. Scribit D. Hieronymus. Separatum a terra: nec semel solummodo purgatum dicitur, sed septies: Purgatum septuplum, q. d. saepe saepius. Quam lucidum in fornace efficit ignis argentum purum, postquam saepius illud excoxit quam mundam quam resurgens, quam ab omni scoria, terra, fuligine liberum. Est doctrina Dei producta in fodinis venisque divinis intellectus, eam ex purgavit ignis ille divinus, Spiritus S. auctor eius, vnde & purissima est & limpida. Mundi sima, omni purificato argento mundior infinita. Mundi sapientia multum ab hac differt, in fallax est hominum intellectibus efformatur, quos errores & impures, ignorantiae, & caligines obnubilant: ut autem illi sunt terreni, carnales, affectibus animalibus immundi, talis est & eorum sapientia, quae idcirco a D. Iacobo cognominatur: Sapientia Iacobi 3. 15. terrena, animalis diabolica. Non casta est, non honesta, sed lubrica, impudica, multis adulterata falsitibus: fucis etenim vanis sua contegit turpissima mendacia. Non est purgata, non est Spiritus S. igne examinata, sed spiritus mundi terreno composita vnde scorijs saedata, multisque sordibus vilescit inquinata. Considera, monet auctor modernus Tielmannus, mundi sapientiam vi-

D. Avoy.
Is. 11.
Tom. 2.
Rom. 16.
18.
Pron. 7. 10.

VII.
Mundi
sapientia
multum ab
hac differt,
in fallax est
hominum
intellectibus
efformatur,
quos erro-
& impures,
ignorantiae,
& caligines
obnubilant:
ut autem
illi sunt
terreni,
carnales,
affectibus
animalibus
immundi,
talis est
& eorum
sapientia,
quae idcirco
a D. Iacobo
cognominatur:
Sapientia Iacobi 3. 15.
terrena,
animalis
diabolica.



ros primarios, eorumque perpende doctrinam quam terrenis sit fœdibus inquinata. Quam profana illa, quam ipsi sacram agnominant à Pœtis mille fictionibus & impudicitijs propofita fit, ut etiã ipsi Gentiles eam perniciosam esse iudicarent, quæ traderetur adolefcenſibus, qua ad omnem plenius formarentur impudicitiam. Quot annis perſtitit Virgilius in componendis libris ſuis *Aeneidos*? Quoties voluit ac renouit opus ſuum, & tandem in lucem prodit tot facinoratum fabulis, tot Deorum procreatione filiorum ſpurciſſimum; Iuno proponitur *Aeneæ* aduerſaria, Venus adeo variabilis, *Aeolus* deſcribitur foluens, *Iganſque* turbines, *Neptunus* ſuo tridente *Minax* fingitur vndas fluctuum compoſcens: Omnia fictiones ſunt, omnia fabulae, ut de cunctis talium Pœtarum operibus *David* dicere poterit: *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non eſt lex tua.* Non talis o Domine, non talis eſt lex tua: enim vero pura eſt, limpida, purificata, ut illi nec atomus adhaereat mendacij, non minimum falſitatis. Quam ſcætet erroribus ſapientia *Philolophorum*? Ut enim ſuis ſenſibus dicebantur, & hi quidem terrenis nutricebantur, quid mirum, ſi mille falſiloquis miſceatur & inquinetur opinionibus?

Diava. Lib. 1. contra Faustum Hum. c. 19. Tom. 6.

Hinc collegit *D. Aug.* argumentum convincendi hæreticum *Mamechum* *Fauftum* docentem, nobis non licere doctrinam vii Prophetarum, ſed *Sybillarum*, vel *Hermetis* *Tremegilli*, vel *Orphei*, hæc etenim erat ſapientia toti mundo notiſſima. Quis hæc ferat (quærit *D. Aug.*) patienter amentiam: etenim illorum doctrina pura non eſt, ſed pluribus permixta erroribus: *Nam eſt illi Deum, quem nos colimus, nec tacere poterunt, ſed ſuos congenitiles populos idola & demonia colenda partim docere aſſi ſunt, partim prohibere non ſunt aſſi.* Si igitur mundi capias ſapientiam, totam invenies vanam, mendacem, litigioſam, ut dixit *Apoſtelus* *Jacobus*: *Mendax aduerſus veritatem.* Sapientia eſt, quæ docet eſſe malum, fictum deceptarium: *Sapientes ut faciant, malum:* huic ex diametro oppoſita eſt Dei ſapientia. Hæc cum ſua ſint, mundus aptus non eſt locus, in quo Dei doctrina proponatur, nec fora mendacis fraudibusque reſeratiſſima, nec *Baſilicæ* mercatorum in quibus vltæ vigent & technæ: nec *Regum* palatia, adulationibus ſordida, nec tribunalia proprio lucro inbiantium plena: ſit autem locus eam docendi congruus, quaſi extra mundi termines. Qualis, precor, ille eſt? Templum Domini Dei poſtri.

Zac. 3. 14. VIII. Templi locus aptus eſt ſap. c. 12.

Hinc addeſ, es quanta te oporteat diſpoſitione ad templum accedere, Dei doctrinam, auditurum, te deudando, forasque relinquendo quæcumque vana mundus loquitur, ſuadet diabolus, carniſque tuæ ſuggerunt illecebræ. Hoc eſt cum *Moſe* pedum ſolueret calcæamenta, quatenus ad interiora penetres ſolitudinis: *Ad interiora deſer- Exod. 3. 7.* ti, Deumque audias tibi loquentem ſeparatim à tumultibus terræ *Madianitarum*. O quam literum eporteret ad templum dueres intellectum, & animam ab omnibus terræ nebulis deſecantem, ut cœleſtes capias attentius diſciplinæ. Eo quia tali præparatione dignus non accedas, nullum in te Dei verbum eperatur effectum, quantumlibet audias: & terræ, um ſpinæ ſolitudinum ſuffocant, quam in anima tua ſeminasti cœleſtem doctrinam. Ad templum accedis adeo mundanus, terrenus adeo, quaſi ad forum accurteres, & in *Eccleſia* ſic tua tractas negotia, quaſi in *baſilica* ſtares inſitorum, &c.

§. 4. In templo docetur doctrina fidei, ubi captiuatur intellectus, ſicut *Ioſeph*.

Aliam vobis ad hoc profero rationem ex eo ſumptam, quod nos docet *Apoſtol.* *Paulus*, quod doctrina Dei talis ſit conditionis, ut ad eam capiendam noſter captiuandus ſit intellectus: *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.* Quando quis captiuatur, duo ſunt ei: primo vinculis & compedibus conſtringitur, ne diſcedat, ne fugiat: Secundò: de terra propria ad alienam abducitur, in qua propriam ſeu naturalem non audiat linguam, ſed plane diuerſã. Hæc duo inſinuat nobis *Spiritus S.* in *Ioſepho* à fratribus ſuis vendito in ſeruum *Imaeliis*: *In ſeruum venundatus eſt Ioſeph:* nam hæc duo *Propheta* *regius* exponit: Primi, pedes eius fortioribus compedibus ſtrinxerunt, qui illos captiuos, ſubiectione tenuerunt: hæc illis indicatur verbis: *Humiliauerunt in compedibus pedes eius.* Ne præterea inconsideratè verbum hoc: *Humiliauerunt*, pedes, qui liberi erant, & ad hoc creati, ut irent quocumque vellent, humiliati ſunt, ſubiectione ſunt, detenti ſunt, obediētes ſunt compedibus. Secundum: eum de terra noſter eſt *Chanaan* terræ natiuitatis abduxerunt in *Egyptum*, ubi linguam, non quam aucebat, nouerat, diſ multumque diſſimilis ab ea quam in patria ſolo audire conſueuerat: *Ioſeph enim intravit in terram Egypti, linguam non nouerat, audiuit.*

Exod. 3. 7.

2. Cor. 10.

I.

Duo captiuo ſunt

compedes illi

inijciuntur & de patria abducitur.

II.

Exemplo

Ioſeph

captiuus

est

Ps. 80. 6.

Captiuandus eſt noſter intellectus in obſequium

III. Intellectus noster est captivandus.

divinae doctrinae non etenim sunt res eius tales, ut eas ipse possit intelligere, & luce naturali credere, sed necesse est eum voluntas in captivitate redigat, firmiterque credere faciat id, quod ex se nec videt, nec assequitur. proinde primo fomes injiciendi sunt illi compedes obedientiae Dei verbo ab Ecclesia S. proposito, ut illum humiliet, submittat, omnesque vinciat eius discursus, ne liberè divagetur, ubicumque libuerit, sed tantum extendantur secundum obedientiam, & subiectionem, quam concesserit Ecclesia.

Eccli. 21. 22.

1. Cor. 3. 1. 4. 1. Cor. 11. 10.

Sap. 9. 16.

Man. 3. 9. Hiero. 10. 24.

IV. Cōpedes obedientiae.

Optimè dixit hoc Spiritus S. *Compedes in pedibus stulto doctrinae.* Aptè conveniunt compedes doctrinae & obedientiae pedibus stulti, ut illos retineant, ne se precipitent. Stulta est omnis humana sapientia. Testis est Apostolus: *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* Iterum: *Stultiam fecit Deus sapientiam huius mundi;* Singulariter autem in divinatorum ac supernaturalium cognitione mysteriorum: quae vero sunt huius temporis quae videt, audit, & tangit, tardè comprehendit, & mille erroribus involuta, quae igitur ratione illa capiet, quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor potuit humanum imaginari. *Difficile existimamus,* (ait Salomò) *qua in terra sunt, & quae in prospectu sunt inveniamus eum labore, quae autè in caelis sunt, quis investigabit?* Sibi Nicodemus ut erat in omni literaturum genere versatissimus & synagogae Princeps, se illa capere posse persuadebat: instat, ut Christus illa ei proponat, & ad primam quaestionem, quae obijcit de Baptismo velut de prima porta salutis, haeret attonitus, aitque: *Quomodo possunt haec fieri?* Mente captus est, temerarius & praesumptuosus nosse intelletus, & qui se subtiliorem cogitat esse magis delirat: *Stultus factus est omnis homo à sapientia.* Quid consilij compedes injice huic intelletui, huic discursui, huic sapientiae, quibus ut mancipium retineatur, submittatur, & humilietur: *Compedes in pedibus, stulto doctrina. Humiliaverunt in compedibus pedes eius.* Qui compedes? Cōpedes obedientiae, & subiectionis verbo Dei: hoc enim est, quod neque fallere, neque falli potest: quia verbum est primae veritatis. Illos cōpedes manus debent Ecclesiae inicere intelletui: ipsa enim est, quae proponit fidei mysteria.

Job 28. 1. Vide Ho. 12. n. 9.

Admodum fuse disputat Job de modo divinae obtinendi sapientiam, sedulus inquit, vbinam terrarum sit invenienda: *Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est, in quo constituitur.* Sapientia vero ubi invenitur, & quis est

locus intelligentiae? Praemissis multis rationibus tandem concludit & ait. *Quod Deus modum instruit illum consequendi, ponendo ventis pondera: Qui fecit ventus pondus: etenim metho- Iob 28. 15. V. est pondus adijcere gravissimum humilis obedientiae ventis libertimè vagantibus, nostris scilicet intellectuibus velocioribus, & discursibus indomitis, qui velut venti quaquave, sum discursurunt, tiam est quod tendant, ignorant: Spiritus ubi vult spirat, humilis & nescit unde veniat, aut quo vadat. Unde brevissimo tempore evanescent, sicut ventus fortissimus ac libertimè ilico dissipatur. Remediū vnicum hoc est, appendere obedientiae pondera, quae illos retineant in eo quod Sancta profiteatur docetque Ecclesia. Hi sunt illi compedes. O quam securi, quam viles.*

Audi fili (hortatur Spiritus Sanctus) *& accipe ro- Eccli. 6. 24. consilium intellectus, & ne abieceris consilium matris.* VI. Consilium, anquam, prudens, sapiens securum, discretum, hoc enim est, *Consilium intellectus.* Cōpedes Quale futurum est illud consilium, quod Spiritus obedientis ille veritatis tantopere commendat? *Injice pedem tuum in compedes illius.* Anima tua pes, simi intellectus est, quo currit & per totum mundum discurret: pedes quibus illa graditur, sunt discursus tui, tuae subtilitates, quibus tibi videris omnia penetrare & extrema & intima, etiam stellarum. Injice pedem tuum illis compedibus, obedientiae & submissionis, quae S. reverearis Ecclesiam, nec existimes illos tibi fore perniciosos, quin potius utilissimos. *Et Eccli. 6. 3. erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis.* Divina sunt haec verba. Est tibi, promittit, compedes illi propugnaculum, quo fortius nullum, quo te contra iacula, impetus, & insidias saluum defendas inimicorum (hoc est *profectio fortitudinis*) Et bases ac fundamentum securum ac tutum, cui possis inniti ab omni periculo cadendi, vel vacillandi tutissimus: hoc est *bases virtutis.* En quanti sint momenti compedes illi fortes obedientiae & humilis submissionis S. Ecclesiae. His enim te contra omnes tutaris roborasque inimicos, te superare contententes.

Quomodo sit hoc, ut credas qua ratione tres sint in via essentia personae? qua ratione totus Christus sub tam parva hostiae quantitate continetur? qua ratione ut lucrū aestimes tribulationes, ut vitam mortem, ut gloriam crucem? Sic docet S. Ecclesia, eiusque SS. Doctores: haec est Ecclesiae Catholicae fides, cuius sum obediens filius, non habeo quod plura dicam. Ad hoc

Hoc recurre propugnaculum, huic tutus innite-
re fundamento. Doctrinæ videlicet S. Ecclesiæ,
fundatæ supra petram firmissimam Petrum con-
tra quam nihil potentissimæ inferorum portæ
preualebunt.

Huic conuenit, quod Iacob ait, benedicens fi-
lium suum Iudam in quo Christum præuidit, de
quo prælagit ab initio regni eius & cæteris, quæ
in Christo fuerunt: *Ligans ad vineam pullum suum,*
& *ad vineam, O filius meus, afinam suam:* Filio suo lo-
quitur. *O filius meus, nihilominus quasi tertio loquitur:*
de Messia namque uacillabat. Notum est, in-
quitur SS. Patres, pullum indomitum signare
Gentiles, & afinam Iudæos. Hoc singulariter le-
quitur D. August. omnes saltabit: *Erit expectatio*
gentium, ut ipse legit: Alligans ad vineam pullum
suum, & cilicio pullam afinam alligans religans. Ita
quoque D. Cyprian. *Deligans in est religans, ut no-*
tat Rupertus, unam vineam, unum palmitem, unam
Ecclesiæ. Ad viam ligat, & religat pullum in-
domitum ac syluestrem, intellectum Gentilem
resolutioni Ecclesiæ, & carnis iumentum præui-
tentia: hæc est enim, teste D. Augustino, quam
Dei lex prædicabat. *Pœnitentiam agit: D. Cyprian.*
ita legit: *ad helisem corrigis Pamelus ad Isaac,*
& ait quod in Gen. 22, est *pampinus*: sedes Apo-
stolica in petra solida pampinus fructuosus, hic
liga ut ad vineam, & ad pampinum, ad rupem,
summum scilicet Pontificem.

Hoc Primum huic captiuo faciendum, com-
pedes illi sunt iniiciendi. Secundum autem de ter-
ra sua ad peregrinam deducatur, ubi nouum audi-
at, & non intelligat idioma. *Lingua quam non*
noauerat, audiat. Quænam est hæc terra, nisi tem-
plum Dei sanctum, terra extra mundum: sic enim
conueniret esse templa ubi nihil eorum esset, quæ
mundi sunt, nihil terre: sed cœlestia tantum, &
diuina. Hic diuersa placet lingua & ei, quæ mundus
loquitur, valde contraria tibi loquendum est. Quod
mundi est idioma? *Qui de terra est, de terra loqui-*
tur, ait Domini præcurser Ioaupes Baptista. Do-
cet, ut uias, delitiosè laudèque te habeas: ut ma-
gnum fias, te ipsum exaltes, nec ab alio contem-
tuariis: ut omni studio coneris, quatenus diuitias
accumules, decipere pauperem; itaque conclu-
das horrea, ut autem te ipsum extollas alius, alium
deprimas inferius, &c. O quam terrena est hæc
lingua. Alia longè est illo, quam in alia audire de-
bes regione, lingua est cœli, lingua est Dei, quam
nec mundus intelligit nec comprehendit. Audiamus
D. Paulum: *Sapientiam loquimur inter perfe-*
ctos, sapientiam autem non huius sæculi, neque prin-
cipum huius sæculi, qui destruantur, sed loquimur
Hieron. Bapt. de Lanza. Tom. III.

Dei sapientiam in mysterio, qua abscondita est, &c.
quam nemo Principum huius sæculi cognouit, &c.
sed sicut scriptum, &c. quod oculus non uidit, nec au-
ris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c. Quia in
morte uita est, & in tribulatione quies, & in
Cruce gloria, & in paupertate non estimabiles
diuitiæ. O loquelam in mundo nunquam intelle-
ctam. In illa loquetur tibi Deus *In loquela labij, Isa. 28. 11.*
& *lingua altera loquetur ad populum istum.* nobis
prædicit Isaias. Cum igitur nouam sis audi-
toris loquelam, nouum idioma non frequentatum
in mundo nequam intellectum, expedit, ut ad
illud percipiendum de mundo egrediaris, & ad
templum festines, cœli domum, Deique habitacu-
lum.

**S. 5. Concio fiat in templo, quò Deus & prædi-
cator conueniant. Sicut in patra Oreb, & de-
clarat Salomon.**

Congruæ sunt hæc rationes, attamen princi-
pior ea est, quam expendit D. Cyprian. in *Lib. 4. in*
hunc locum, & egregie declarat D. Greg. *Ioannem*
nec non prænotauit D. Aug. Ut autem eam ex-
ponamus supponendum est id, quod SS. illi *Lib. 29.*
Patres docent, præclarum in hoc officio prædica-
tionis Euangelicæ latere mysterium, diuinumque
documentum. Viude patet quòd propius locus *Tract. 29.*
prædicandi docendi, Euangelium sit templum. in *Ioan-*
Manifestum est, & heri probauimus, templum nem.
esse domum Dei, in qua domum suam habeat, *Ps. 130. 5.*
singularemque præsentiam. *Dominus in templo* *uide sup.*
Sancto suo, Dominus in cælo sedes eius, cecinit Da-
uid. Duo loca propria sunt diuinæ præsentia: cœ-
lum & templum: in cælo tribuit gloriam, & in Deuter.
templo gratiam. *Pleuo ore templum appellat*
Deus domum suam: *Domus mea, domus orationis* *Hier. 56.*
uocabitur.

Ut autem concio auditori conferat utilitatem
non sufficit Prædicator, licet sit D. Chryso-
stomus, D. Augustinus, nec ipse D. Petrus, vel
D. Paulus: sed etiam necessario & principaliter Deus &
Deus requiritur. Et ratio est, auctore D. Gre-
gorio: quia homo constat animâ & corpore, tor simul
auribus animæ & corporis. Prædicator uerbis operatur
corporalibus aures pulare potest corporis: at-
tamen solus Deus est, qui potest animæ auditui
insinuare, cordi quoque loqui interiori. Et hoc, in-
terprete D. August. insinuat Apostolus: *Neque*
qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui
incrementum dat Deus. Potest equidem agricola
semen terræ commendare, potest irrigare, sed

vt ipsum in terra radices figat, ac germinet, o-
pnus est cœli, solis, ac ipsius Dei, ad quod ascen-
dere nequeunt studiosi manus agricolæ. Itaque
necessarius est concionator, qui semen auribus
iniiciat: at tamen magis necessarius est ipse Deus,
qui efficiat, vt penetret, germinet, & interiori ani-
mæ, cordisque sinibus excipiatur. Quocirca pari
vnoque passu progressi debent Ecclesiastes, auri-
bus prædicando corporis, & Deus in anima iustus
operando.

II. Huius mirabile propono vobis symbolum; hoc
quod Deus Moyfi decreuit, cum prima vice a-
quam populo poposi sitienti: Cui Deus, placet
ex animo, aquam tribuam, quæ de petra scaturiet:
porro hoc volo, vt pariter eo ego itaque præce-
damus. Tu virgâ munitus petram ascendes, ego
vero super eam stabo, dumque tu petram exte-
rius virgâ percusseris ego mollesciam duritiem
eius interius, eamque præparabo, vt fons sit ver-
rimus, aquasque effundat limpidissimas. *En ego
stabo tibi coram te supra petram Horeb, percu-
sisque petram, &c.* Quis hoc non admi-
retur hieroglyphicum, & non minore stu-
pore declarat in eo quod D. Lucas nobis alle-
git: quod Deus Paulusque congradiabantur,
ad effectum fructuumque prædicationis: Pau-
lus etenim linguæ suæ virgâ percutie-
bat, loquendo corpori; Deus autem stabat
supra petram, animam emolliens. Vnde ait, quod
Act. 16. 24 prædicante Paulo aperuit Dominus cor mulieris, vt
Act. 13. 48 intenderet ipsi quæ à Paulo dicebantur. Licet autem

III. Paulus pluribus prædicaret, verbum in ijs saluta-
rem solummodo fructum operabatur in quibus
loquente Paulo ad aures corporis, Deus in auri-
bus animæ operabatur, velamen de cordis oculis
Paulo. auferendo, vt liberè viderent & cognoscerent diui-
na mysteria ac supernaturalia fidei, illisque in a-
nimam suam liberum darent ingressum.

IV. Et quantum conijcio D. Lucas Euangelista
vult illo verbo *Aperuit* ingeniosè spectare voluit
illam historiam, quam Spiritus S. de Agar enarrat,
codem vtens verbo. Eliminavit Abraham Agar
ancillam cum filio suo Ismael de domo sua ad
instantes preces vxoris suæ Saræ: Videbat enim
Ismaelem cum filio suo Isaac ludentem. Vtrum-
que acerbis exturbans, Abraham matri concessit
panem & virem aquæ: eo quod deserta illa es-
sent aridissima & aquæ penuria maximè labora-
rent. Illis deserta peragitantibus, defecit aqua,
quocirca puer siti exarscens clanguit, quem
mater vt mortuum æstimans ad arboris vmbriam
deiecit adhuc spirantem: dicens fili mihi, tace,
defecit mihi animus, quo te præseus videam

expirantem: *Non videbo morientem puerum.* At
illa longius processit tota lacrymis infusa, filium
lugeus vt defunctum: puer autem ad Domi-
num conuersus lacrymosus poposcit salus vi-
tæque remedium. Hoc quippe sensu declarat
Caietan. verba S. Scripturæ. Exaudiuit Domi-
nus pueri fletus, qui pullos coruorum à parenti-
bus desertos in nido clamantes audit, & in
persona Angeli matri apparet Agar, illi loqui-
tur, mactam f. latu, oculos illi aperit, vt
fontem videret sibi propinquum, *Aperuit o-
culos eius, quæ vult puteum.* Aquæ fontem illum
Angelus non creauit, multis etenim annis ibidem
aquis effluerat, eratque notissimus eo quod
illum Abraham à multo tempore, adagnandis
gregibus effoderat, de quo non leues oborta
fuerant iuxta inter famulos Regis Abimelech
& Abraham, teste ipsa Scriptura. Quomodo ipsa
Agar alias ad locum illum diuertat, quando
ab amnis aliquot de domo Abraham fugam arri-
piit, domine suæ Saræ patienter non sustinens
reprehensiones: cum enim esset Ægyptia per
regionem profecta est Ægypti; illaque peram-
bulans solitudines, ad hunc lassa substituit puteum,
cumque hic moram traheret apparuit illi Ange-
lus in persona Dei illi acclamans. Agar quo va-
dis? A tacie Domine mæ Saræ fugio. Heu te
miseram, aberras, denias, reuertere, & te ipsam,
vt ancillam decet, humilis illi subterne, & ego
te deducam, tibi ero propitius. O Domine
mi, respondet illa, immensas tibi refero gra-
tias, quod me dignatus es immmerentem co. lo-
lari. Hoc illis indicatur verbis. *Tu Deus qui vi-
disti me.* Et in gratam tanti beneficij memoriam,
referente S. Pagina. puteo illi conuiuium nomen
imposuit: inscribens: *Puteum viuens & videns.*
Hæc duo nomina, si D. Chryostomo credi-
mus, *viuentis & videns* Deo adscripsit: veram
eius confessam diuinitatem ad exclusionem ido-
lorum, deorumque gentilium, qui nec mor-
tui viuunt, nec cæci vident: q. d. Deus qui om-
nia videt, & omnibus prospicit. Itaque non so-
lum puteus erat publicus, sed illum iam noue-
rat Agar: qua ergo ratione nunc illi adeo vi-
cina, nec illum detegit, nec videt, nec aquas
inuenit? Tollit hoc dubium D. Chryost. &
prius annouerat Orig. illum Abraham puteum
significare S. Scripturam, supernaturalia diuina-
que mysteria, quæ Deus in huius mundi deserto
clariùs aperuit, cuius aquæ adeo præcellentes
sunt ac cælestes, vt licet præ oculis illas habeas, il-
las intuearis, & de ore prædicatoris percipias:
illas at tamen nec agnosces nec videlis, nisi
diuini

23. Minā suā Dominus misericordiā tibi oculos,
 sicut Agar, aperiat. *Aperit Deus oculos eius, quia*
 24. *vidit presunt aqua, testatur Spiritus S. Quia*
 25. *nihil presunt oculi aperti (assurat D. Chry-*
 26. *lost.) ante supernam visionem. Quam dilata-*
 27. *tatos apertolque Indri habent oculos, S. le-*
 28. *gentes scripturam quam ita coram se apertam*
 29. *habent, sic vt dixi: Dauid: Mensam coram coram*
 30. *ipfis: Nihilominus oculos sic habent obtecta-*
 31. *tos, vt eos esse dixeris, obuelatos. Vltim n possit*
 32. *est super cor eorum, asserit D. Paulus. Misericor-*
 33. *dia Dei imputandum est, ait D. Lucas Euange-*
 34. *lista, quod Paulo Apostolo predicante. Apo-*
 35. *stoli Dominus cor eorum, vt intenderent ist, qua à*
 36. *Paulo dicebantur.*
 37. *Egredia sanè instructione dixit hoc Spiritus S.*
 38. *verbis sibi proprijs quibus predicatorem instruit,*
 39. *etique formam præscribit procedendi. Sic ordi-*
 40. *tur: Sapientiam antiquorum exquirat sapiens, Et in*
 41. *Propheis vocabit: narratiōem virorum nominatio-*
 42. *rum conferuabit: Et in versibus parabolarum si-*
 43. *mulis inuenit. Duobus (inquit) indiget Ecclē-*
 44. *siastes, diligenti studio, & multa oratione. Pri-*
 45. *mo diligens grauiumque studium: etenim*
 46. *illi cōuenit esse sapientem. sapiens sermo Presbyteri*
 47. *(scribit D. Hieron. Nepotiano.) Scripturarum le-*
 48. *ctione conditus sit. Nolo te declamatozem esse, &*
 49. *rabulam, garrulumque sine ratione, sed mysterio-*
 50. *rum peritum, Et Sacramentorum Dei tui eruditissi-*
 51. *mo, Perpende quod nolum dicat, eruditum ablo-*
 52. *lutè, sed in gradu superlatiuo, eruditissimum.*
 53. *Munus non est facultatum, sed sapientum præ-*
 54. *dicare. De hoc eleganter disseit D. Gregor.*
 55. *Nazian. probatque prædicatorem eā debere do-*
 56. *ctrinā præcellere, vt cunctos antecellat: omni-*
 57. *b s enim debet vt magister Dei verbum propo-*
 58. *nere; quod congrua similitudine confirmat sa-*
 59. *pientix; quā quis pellere deberet, cui munus*
 60. *incumbet sapiētiæ alendi animal centum ca-*
 61. *pitibus totidemque oribus monstrum inferme,*
 62. *quorum vnumquodque proprium sibi requireret*
 63. *alimentum: Corripientes omnem hominem (ait Apo-*
 64. *stolus) vt perfectum exhibeamus omnem hominem*
 65. *in Christo Iesu. Quantā sapientia deberet eo ius*
 66. *ille præcellere cui præciperetur vt cibum mille*
 67. *hominibus præpararet, quorum singuli suos habe-*
 68. *rent appetitus singulares, palatumque differens,*
 69. *imo etiam vni alteram contrarium?*
 70. *Ad hoc officium prædicator assumitur ali-*
 71. *mentum tantæ hominum varietati præparat, sin-*
 72. *gularum se guttibus accommodat, placeat di-*
 73. *uitibus, pauperibus, sanis ac infirmis: nobilibus*

ac vlgaribus: sapientibus & ignorantibus: uiris
 ac mulieribus: adolescentibus & senioribus.
 Idcirco præmonet Apostolus Paulus discipulum
 suum Timotheum: vt officij sui perpenderet
 grauitatem quia ex Dei verbo proponere cibum
 debebat tam multis ac multigenis, quot sunt
 auditores, appetitibus erogaandum. *Sollicite cu a 2.1,*
te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium in-
confusibilem, recte tractantem verbum verita-
tis. In Græco legimus: Recte fecerant, diuiden-
tem verbum Dei. Indulgeat mihi Deus: quanta
requiritur hic sapientia, quatenus id quod dicitur
omnibus pro voto placeat? Difficile, imo impos-
sibile (testatur D. Hieron.) est placere omnibus
non tanta uultuum, quam a sementiariū diuersitas
est.
 Prosequitur hoc argumentum perdoctè D.
 August. & expendit, quod in S. Literis præ-
 dicare vocetur erudire. *Eruditum cor meum &c.*
Memoriam suauitatis erudiantur; I cet enim voca-
bulum esse videatur indecens, mysticam tamen
habet significationem: ad erudendum enim necesse
est primum, vt stomachus abundè repleatur, de
cuius plenitudine ructus procedit. Prædicare est
euacuate, & vasa sunt prædicatores, per quæ di-
uina liquor effunditur sapientiæ: hinc autem
concesso, oportet ipsi prius illa repleantur: Esse
debet (inquit) prædicator reum, non ve borum.
In isto sermone malit placere rebus, quam uerbis,
ne existimet diu melius, nisi quod dicitur: uerum
nec Doctor uerbis sermias, sed uerba Doctori. Hoc
uarijs S. Pagina locis confirmat quæ de-nt Præ-
dicatorem esse debere doctissimum vt talis an-
tem euadat quid factu opus? Hoc tibi declara-
bo. Septem statuit gradus per quos ad ueram
debet ascendere sapientiam, præterum autem
illos, in particulari (inquit) ubi dicam. Primo
diligenter studere, multo tempore, multa ora-
tionē, & attentione, multo labore, multis
vigilijs, indicatis (ait) per oleum: hoc quippe
consecratum ferebatur Deæ Mineruæ, Deæ sa-
pientix; proinde talis sit: Cui oleum necessarium
fit, plusquam uinum. Quorundam hic error fuit,
qui erudiderunt, Prædicatorem assiduis non
debet vacare studijs: iam enim Christus
prædicatores suos ad hoc onere studiorum
absoluit, dum illis promittit: Nolite cogitare
quomodo aut quid loquamini: dabitur enim uobis
illa hora quid loquamini. Et hoc cetero lapsi s
est Natalis Episcopus Salonicensis: cui literas
dedit D. Gregor. Papa, exponens illi locum
hunc intelligendum de tempore persecu-
tionis

Pl. 68.
 Heb. 9.
 Eccl. 39.
 VII.
 Duo sunt
 prædica-
 tori ne-
 cessaria:
 studium
 & oratio.
 D. Hier.
 Epist. 2.
 Nepotian.
 To. 1.
 Apostol. 1.
 Pl. 6. & 11.
 VIII.
 Prædica-
 tor om-
 nibus sa-
 tisfaciat.

D. Hier.
 L. 2. in
 1. Jo. in
 Proc. in.
 Tom. 5.
 D. Aug.
 L. 4. de
 Doct.
 Christ. 8.
 16. Tom. 3.
 1. Jo. 4. 1.
 Pl. 144. 7.
 Eodem
 L. 4. c. 18.
 L. 2. c. 7.
 L. 18. de
 Ciu. c. 9.
 IX.
 Error est:
 quod
 prædica-
 tor non
 debeat
 studere.
 Matt. 10.
 19.
 L. 2. Epist.
 37.



tionis, quando incerta tempora diuturna non patiebantur studia: de illis utique Christus loquitur: *Cum iradeat vos nolite cogitare &c.* Porro alio tempore à Deo necessarium esse dicimus studium, ut illo non præmissio prædicare temerarium esse censeretur.

Zachar. 9. Aggreditur vates Zacharias prædicare & cælestibus symbolis proclamare victorias ac triumphos, quos Christus esset reportatus. Illum quasi digito monstrat, qualiter veniat regnaturus, totumque mundum Evangelio suæque fidei subiugaturus. *Exul a saas filia Sion, inula filia*

Zach. 9. 9. Hierusalem: *Ecce Rex tuus venit tibi &c.* Et *dispergam quadrigam ex Ephraim, & equum de Hierusalem, & dissipabitur arcus belli, &c.* Metaphoris illis currum equorum, & arcum declarare intendit, qua ratione Salvator nollet sit sibi submissurus omnes potentia terribiles, divites, mundi sapientes, imperium illud, quo gaudebat Stranas funditus eversurus. Progreditur ac declarat, quibus armis esset operaturus, atque mundis ac lapidibus: *Et subjicient eos lapidibus funda &c.* Et lapides sancti eleuabuntur super terram. Transferunt D. Gregor. Nyssen. & D. Hieron. *Lapides sancti voluentur super terram.* Hæc duo perpende verba: *Eleuabuntur, voluentur.* q. d. lapidibus fundisque mundum subjiciet: lapidibus sanctis eleuatis super terram: lapidibus sanctis qui potentissimo suo brachio vibrati voluentur super terram.

Zach. 9. 16. **Ho. 7. in Eccl. l. 2. contra Pelag. Flo. 222.** Quantum intelligo clarioribus non poterat verbis signare Davidis Regis historiam. Vixit illum Dominus in Regem ducentemque populi sui. Stetit à principio regni sui, usus est, non armis Saulis regis affabre efformatis, nec gladijs ad cotem limatis, nec arcubus valuis extensis, sed lapidibus de torrente collectis. His armatus prodir in aciem contra Gigantem omnium virorum fortissimum, cumque fundæ lapidem impulsisset tanta vi illum contorsit, ut per aëra voltans fronti eius adeo validè infingeretur, ut illo percussus terebrato capite corruerit, cuius ilico David pectori insiliens, educto de vagina Gigantis gladio, ferum inimico caput amputari. Hæc prima fuit victoria quæ regnum occupauit, qua totum sibi regnum, omnesque Tribus cognatos subiecit. Cum verò inperijam habenas moderaretur, illum videbis, quatenus Philisthæos subderet, aliosque inimicos in regnum suamque personam insurgentes reprimeret quod, modo hic, modo alibi insituat armamentaria, gymnasia, in quibus exercetur ad prælium, ad gladiorum

usum, iaculorum extorsionem præcipiens congressurus cum hostibus, prius sese diligenter exerceret, & ludum addicerent gladiorum arcum, ac sagittarum. *Et præcepit ut dicerent filius Iuda arcum: sicut scriptum est in libro iustorum.* Et bello prædicabat duces strenuos, multum diuque exercitatos, & ad grauiora belli certamina delectum faciebat militum veteranorum, ac expertorum, & quando feliciori congressu Adæez superauit Regem Soba, totumque eius prostrauit exercitum, præcepit colligi sedulo arma omnia militum ducumque primariorum, pretiosissima, quæ innumerabilia erant, ac nunc in modum selecta, cunctaque iussit deferri in Hierusalem. *Tulit David arma aurea, quæ habebant foris Adæez & detulit ea in Hierusalem. Quid hoc (minor) rex sanctissime? Ad quid armorum gymnasia? Ad quid illa tuis detrahis inimicis, defersque Hierusalem? Numquid primam tuam tamque illustissimam retulisti victoriam, nullo alio labore, nullis alijs indutus armis, quam lapidibus, ac fundâ, Dei brachij filius fortitudini, qui illam & tuo contulit, quæ gigantem deiecit?*

Sublime hic detegitur mylletium, & per hoc declarare satagit victoriarum Christi Domini nostri mylletium, cuius symbolum David præcurrit. Prima: quæ fidei lux gigantem subiecit mundi fastuosissimum, peracta fuit funda, & lapidibus. Quam genuinum Sanctorum symbolum Apostolorum? Quo declaratur, quod ex se homines fuerint, omnibus mundi inopes adiumentis. *Limpidissimos lapides, ait S. Pagina, de lapidibus David: erant hi sine vlla sapientia, litterarum ignari, diuitijs pauperes, nulla nobilitatis ingenitæ gloria sublimes, ijs omnibus destituti, quibus affluens eos vestire mundus, quos ad stragemata destinat insigniora, nihil de armis astulit Saul fortissimus. Lapis ignorantem, rudemque significat: ut enim quempiam iudicemus in superlatiuo gradu illiteratum, dicimus: lapis est: & philosophus alter ut alium notaret sedentem super lapidem, quod & ipse talis esset, ait. *Videte lapidem super lapidem.**

Lapides illos de mundi torrente limpidissimos collegit sibi que elegit magnus ille David mundi Saluator. *Elegit duodecim quos Apostolos nominauit.* Robore brachij sui illos per terram deiecit. Quales (precor) ibant, volantes & reuolantes vipoto brachio illo agitati potentiori, modo per illam regionem, modo per alteram, nunc hac, hunc illac? Eo modo illos cui-

brauit

XII. Limpidissimi lapides sunt Apostoli. 1. Reg. 17. 40.

Luc. 6. 13.

brauit vt eleuaretur, & figeretur in altissima parte Gigantis, fronti scilicet imprimeretur. Inuere Roma Petri, Andream in Achaia, Thomam in India, Bartholomeum in Armenia, Philippum in Frisia, Matthæum in Ethiopia, & ceteros omnes. Hoc modo de mundo victoriam retulit illustrissimam. Et hic: *Lapides sancti eleuantur super terram.* Sic hoc exponit D. Cyrillus Alexandr.

Di. de a. do. m. fol. 98.

Porro iam fide sua predicata, iam crucis vexillo per mundum sublimis erecto, iam firmis radicato Euangelio vult ac decernit, vt contra inimicos bella moturos, hæreticos, ferocique peccatores, sit qui illos prælio lacessat, se illis acie fortius opponat, eorum retundat vires, illos aggrediatur. Sunt illi Doctores; suæque Ecclesie; radicatores. Vt autem illi valeant in arenam descendere contra immuros illos inimicos aduersarij, mandat institui gymnasia, in quibus ars addiscatur præliandi: sunt autem illa in quibus S. Litteræ præleguntur: nec hoc satis, insuper hoc mandat, vt ad Ecclesiam suam arma deserantur Gentilium, hoc est, scientiæ naturales: illis etenim omnibus munire se debet & armare prædicator Ecclesiasticus: illisque addiscendis, non modicum impendere studium, hoc

XIII.
Classes studiorum instituantur.

L. 2. de do. Chrif. per totum.

14.

App. 2. 6.

XIV.

Prædicatores vt Angeli tuba concinnant, sed prius ad hoc se præparant.

In Pass. p. 2. c. 4.

15.

Ho. 11. in Eccl. 1. Epist.

probat D. Gregor.) sed illi qui montem ascen-

derit virtutum, vigiliarum studiorumque altissimum. Itaque necessario requiritur diligens studium indefesse libros Sanctorum reuoluendo, in quibus vera sanaque lateat sapientia. *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens.* Antiquos vocat Apostolos, & SS. Doctores; de quibus dicitur: *In antiquis est sapientia.*

24 ad qua. tuor Patri. archas. Isa. 40. 9. Eccl. 39. 1. Job. 12. 22.

Semper aduersarius fuit Spiritus S. eiusque fides Catholica, nouitarum. Fides est antiquissima, & antiquissimus debet esse Christianus, præsertim in non admittendis nouitatibus. Similiter antiquos appellat qui sectantur antiquitatem, illicque agglutinati procedunt, licet sint moderni. Numquam tibi placeat modernus, qui suis se contendit extollere nouitatibus, & à communi sensu, idiomate, terminisque antiquorum se ipsum segregare. Illis stude, & eorum imbere doctrinæ, primo Apostolorum, deinde illorum SS. Successorum D. Clementis Papæ, D. Clementis Alexandrini, D. Chrysostomi, D. Basilij, D. D. Hieronymi, D. Ambrosij, D. Augustini, D. Thomæ, &c. O quam sapiens cum illis eunderes, & si tuum principale, ac fundamentale studium esset S. Scripturæ lectio. *In prophetis vacabit.* Prophetæ vocat Scriptores sacros, illis vacandum, illud studium totis medullis amplectendum: hoc enim est *vacabit.* Si Platónem inuixeris, Aristotelem, Cicerónem, Virgilium, aliosque profanos Auctores (inquit August.) per transennam & leuiter, fiat sicut in prædic bel-laria, poma, pyra, nuces, &c. De quibus nullus erigitur miles, quia nec ad paltum sumuntur, sed ad excitandum appetitum. Quia vero S. Scripturæ libri obscuriores sunt, non solum illos peruoluat, sed SS. Patribus immixtus, qui illam explicant & interpretantur. Hoc enim signat: *In versutis parabolarum simul inuoluit.* Ne tran-seas illud simul. O quam fausto fidere sacram interpretatur Scripturam, prophetiam Isaia: vel Hieremias, abscondita legis antiquæ sacramenta, nouaque sacra mytheria, verba S. Evangelij, D. Pauli aliorumque epistolæ, qui illa conatur explicare D. Augustino, D. Hieronymo, D. Gregorio soluta? Quam securè progreditur talibus nris baculis talibus adiumentis? Nullo sec uris, quam ille qui flumini inpreditur rapidissimum, fulcramento innixus quod manibus in sui sustentaculum gestat. Quo vadum pesseretur, vbi nam tutius figat pedem, ne demergatur.

XV.
Antiquitatem habendum.

XVI.
S. Scripturæ & Patribus studendum.

Ad hoc quantum requiritur studium, plures *In Proli.* sunt reuoluendi SS. Libris vt probat D. August. *brorum de quos ea mente compoluit, vt prædicatores in doctrina strueret; quamuis enim, vt diximus in exordio Christi.*



Evangelij, noluerit Dominus, vt Apostoli, primi predicatorum librorum lectionibus, studijque incumbere, nec quae dicturi erant praemeditarentur, quia tunc temporis hoc ratio inuadebat, imo aliquoties quosdam viros nullo praeuio studio ad tantam extollit sapientiae claritatem, vt summa cum laude & animarum salute concionentur, vt exemplo patet in D. Antonio (probat idem D. Aug. & addere possumus Seraphicum Patrem S. Franciscum) porro hoc magis commune est, adeo necessaria esse praedicatori studia, vt tentaret ille Deum, qui vellet, vt illi Deus, nullo praemisso labore studiorum, sapientiam infunderet eminentiorem.

XVII.
Studijs
oratio.

Secundo: non minoris refert longa perpetua feruensque mentis oratio, quocirca subiungit Spiritus S. *Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur.* Non est hoc opus, quod aggreditur praedicator, cui exequendo solus ipse sufficiat. Diuino indiget auxilio, opus illi est, vt Deum sibi lateralem habeat, & propitium qui suo subueniat illi subsidio. Proinde hoc in primis agat Praedicator iam verbum populo propositum, humilise det feruentique orationi, diuinam sibi dari postulet gratiam, Dei fauorem, illum sibi socium ad precetur, ille succurrat, ille cor linguamque suam moderetur. Appositè respicit D. Chrylustom. sciatas actiones ab Apostolis institutas. Narrat Evangelista Lucas, quod crescente numero fidelium, creuerunt etiam occupationes ministeriorum altaris, & communicandi Sacramenta anxia sollicitudo. Conueniunt Apostoli, totamque fidelium conuocant multitudinem: cui hoc proposuerunt: Fratres mei fieri minime potest, vt ministerio praedicationis gauiter vt decet, insistamus, si nobis pariter incumbat alijs spiritualibus, ac temporalibus alimentis vestri vacare negotijs: vnde iudicamus expediens vt viri aliquot ex vobis eligantur, qui expediendis illis sedulo occupentur, vt tanto nos liberius orationi & praedicationi intendamus. *Non est aquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres vestros ex vobis, &c. Quos constituamus super hoc opus: nos vero orationi, & ministerio, verbi instantes erimus.* Diligenter attende (moneat D. Chrylustom.) actionum connexionem, & orationis ac praedicationis reservationem: etenim examine mortuumque proferetur praedicationis verbum, quod nec comitetur, nec praue-ritur. In capite ponunt orationem praedicationi: vt enim haec proficiat, illa necesse est vt praecurrat, & quid

Ho. 329
est vli. in
Epist. ad
Rom.

Act. 6.22.

XVIII.

Paulus

hoc miramur, quod Praedicatori prius inueniat orare, quandoquidem Apostolo Paulo non satis erat, vt ipse preces funderet sed insuper & auditorum suffragia postulabat & orationes, & non qualemcumque ab eis postulabat orationem, sed feruore, sed vigilijs, sed deuotione commendabilem *Orationi instate, vigilantes in ea in gratia. C. 165. 4. 3*
rum actione: orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis os suum sermonis ad loquendum mysterium Christi &c. Vi manifestem illud, ita vt oportet me loqui. Celestia sunt haec verba: *Orationi instate, vigilantes in ea, orantes simul & pro nobis.* Auditor enim non solum pro se ipso debet orare, vt det illi Deus gratiam recipiendi doctrinam, sed etiam pro praedicatori, vt congrue proponat, dicat & loquatur: *Oportet me loqui.* Vt talia Deus illi verba infundat quae magis sint congrua, vt pectoribus audientium tenacius inhaereant: itaque hoc primum a praedicatori exigitur, vt feruentius vacet orationi. *Aperiet os suum in oratione.*

Quia verò eum impedire, & à Deo separate possunt peccata, statim in principio eorum à Deo flagitet indulgentiam, coram Deo se humiliter prosternat, culpas suas amare debeat, Dei requirat opem, dicatque cum Dauide penitente. *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proiecias me, &c. & Spiritum S. tuum, &c. docebo iniquos vias tuas.* Roget Deum, vt illi benignus assistat, illum comitetur, suamque illi spiritum largiatur. Memineris, quod Spiritus S. agnomet praedicatoris: *Feriet Israel.* Quia vt praeteritis diximus diebus: *Michael est Iacob: cui, cum tanto valeret robore nomen Deus imposuit Israel: eius autem fortitudo in fertenti longaque fuit oratione, in qua totam noctem petuigi perseverauit telle Osea: Ose. 12. 4. eius etenim praesidium si tutum erat, vt auferam fratris sui Elai mitigaret voluntatem, quae quaquam dringentis viris sibi associatis obuius illi proce- toriliberas debat. De voluntate libera victoria, Dei tantum peccato- potest obtineri subsidio: cui proprium esse conce- rù impu- ditimus, operari in voluntate, eamque mouere & gnat vo- mitigare. Hoc itaque praesidium est praedicatoris, luntates, quo impugnare debet libera peccatorum volun- tates. Ad Deum in oratione confugiat: Et quare? *Si enim Dominus magnus voluerit, spiritus in illi- gentia replebit illum, & ipse tanquam umbra mittet eloquia sapientiae suae: quibus tellurem & occidet in tæcundam.* Eccl. 39. 8*

C. 165. 4. 3

Pf. 5. 0. 12

Cant. 3. 7.

Ho. 10. 55

Ose. 12. 4.

XIX.

Praedica-

toriliberas

debat. De voluntate

libera victoria, Dei tantum

peccato-

potest obtineri subsidio:

cui proprium esse conce-

rù impu-

gnat vo-

mitigare. Hoc itaque praesidium est praedicatoris,

quo impugnare debet libera peccatorum volun-

tates. Ad Deum in oratione confugiat: Et quare?

Si enim Dominus magnus voluerit, spiritus in illi-

gentia replebit illum, & ipse tanquam umbra mittet

eloquia sapientiae suae: quibus tellurem & occidet

in tæcundam.

§ 6. Concio fiat in templo magni Domini habitaculo, qui solus perfecte potest in voluntate libera operari: licet aliquando congruè in loci publico concio habeatur.

I. Admirandum est hoc Dei epithetum, quo à Salomone cognominatur. Dominus magnus. Qui secutus fuit in hoc patrem suum regium prophetam: qui hoc eum vocabulo pre-nominata: Deus magnus Dominus. Hoc Deo nomen proprie conuenit, esse magnum Dominum, & vnum eorum, quo maxime eius magnitudo declaratur, & diuina illi conuenit proprietate: hoc est non quia Dñs est terre, elementorum, colorum, solis, Lunæ, siderum, sed ea potissimum ratione, quia Dominus est cordis humani & liberi, eius motuum, imo eiusdem libertatis ac voluntatis liberæ & rationalis. Hoc dominium proprium est, solique conuenit Deo: non enim hoc gaudent, nec inferri possunt supremi terre Monachi, nec inferri demones, nec colorum Angeli, nec aliqua creatura, quantalibet potestate supereminet liberam potest penetrare voluntatem, nec manum mittere, vt efficaciter cohibeat, quatenus de illa agat, prout sibi placuerit.

II. Ad trutinam retorat D. Ambros. litteras, quas magnus ille Monarcha Alexander Magnus scripsit philosopho Gymnosophista Indorum nomine Calano quem vt vnum de Gentilium sapientioribus non comparandis efficit laudibus: illaque citat Plutarchus in vita Alexandri Magni. Cum Alexander Magnus tanti viri notitiam habuisset, erocauit eum in Græciam ad obsequium suum, illique vt famularetur. Respondit illi philosophus vili me habes, dum me acetis in Græciam, si tibi persuaseris, quod eo vique me coges, vt quod noli, hoc faciam. Qua maiore laude dignum Græciam petere potes si possim cogi facere, quod nolo. Deinde epistolam illi scribit in hæc verba. Amici persuadent tibi manus & necessitatem inferre Indorum philosophis Corpora transieres de loco ad locum; animis non magis coges facere, quod nolunt, quam saxa & ligna vocem emittere: maximum ignis viuentibus corporibus dolorem generis, & corruptionem: super hanc nossumus, viuis enim exurimur: non est Rex atque Princeps, qui extorqueat à nobis facere, quod non posuimus, &c. Hoc dixit, hoc scripsit, (vt habet Ambros.) ille philosophus, & tanquam sapientissimè dictum ab omnibus celebratur.

III. Calani philosophi relictum Alexandro. Nec de his tantum gloriamur cum D. Ambrosio, quos natura viros edidit fortiores, sed puellas proferimus teneras, adolescentiores, natura fragiles, contra quas licet tota minor creata conspirant immanitas, nec puncto quidem eorum constantem valuit dimouere voluntatem. Quid Theclam, quid Agnem, quid Pelagiam loquar? que tanquam nobilia vita luminis pallantes, ad mortem quasi ad immortalitatem stitauerunt. Inter leones virgo exultauit, & prodeus bestiam expectauit intrepida. Pro meritis expendit vt nobilissimæ, ita pusillimæ virginis Pelagiæ non

Præclara verba, sed verba. Sed hoc operibus Evangelici nostri confirmat inuidiosissimi Martyres contra quos si premi licet orbis Moarchæ totam suam exercuerint potentiam visque impenderint, corpora quidem cruciare poterunt, dilauare, exurere, de vino ad alteram trahere carcerem pro impia sua voluntate, non hoc tamen poterunt, vt vel atomum in eorum libera voluntate operarentur: quanto nâque diuina scilicet gratia corroborante) durior increfuit violentia tyrannorum, tanto Martyrum animus prebatur esse constantior.

Notatu digna (cum Diuo Ambrosio) sunt illa Philosophi Calani verba: Nos vni exurimur neque est Rex aut Princeps, qui extorqueat à nobis facere, quod non posuimus. Verum hæc vltra verba non processerunt, sed operibus hæc impleuerunt Martyres nobilissimi, quibus animi sui robur prepalam testati sunt, quò Philosophis & Indorum Gymnosophistis palmam eripuerunt. Et vt nostra cum Indorum Gymnosophistis conferamus, quod ille verbi gloriatus est, Sanctus Laurentius factus probauit, vt vnius exureretur, & flammis superstes diceret: versa & manduca. Quid effectus portentum illud immanitatis Valeriani in nobilissimo illo Leuita Laurentio, vt eius vim inferret voluntati? Subijcere datum est ei corpus ignibus: stetit attamen voluntas eius ita inflexibilis, vt verba, quibus exspirauit, apprime contestantur: iam ex vna parte flamma corpus exedit in alteram conuertere carnifex, vt ex integro assatum insatiabilis tua semina depascatur. Idem liquet in fortissimis illis Machabæis adolescentibus: cum enim tam horrendis illos Rex impiissimus cruciatibus ad suam allicere conaretur voluntatem, vt auditu solo terrentur, ignium, sartaginum, collarum, cultorum, pladiorum tormenta crudelissima, semper inuictam cordis sui manifestarunt nobilitatem, & voluntatem nulli creatæ potestati subieciendam.

Nec de his tantum gloriamur cum D. Ambrosio, quos natura viros edidit fortiores, sed puellas proferimus teneras, adolescentiores, natura fragiles, contra quas licet tota minor creata conspirant immanitas, nec puncto quidem eorum constantem valuit dimouere voluntatem. Quid Theclam, quid Agnem, quid Pelagiam loquar? que tanquam nobilia vita luminis pallantes, ad mortem quasi ad immortalitatem stitauerunt. Inter leones virgo exultauit, & prodeus bestiam expectauit intrepida. Pro meritis expendit vt nobilissimæ, ita pusillimæ virginis Pelagiæ non

IV. Hæc verba opere martyres impleuerunt. D. Ambrosio. Te. 5. V. Et quod miris, etiam virgines. D. Ambrosio. T. 5.

VI.
Deus
folus
cordis
nostri
Domi-
nus.

non euincendam animi voluntatem : quæ gigan-
tibus ac tortoribus circumdata tam tormen-
tis examinanda , feruido ac imperioso ore sic ait :
Volens morior : libertatem vobis auferet, nemo capi-
tisquam videbit liberam fidem, quod seruum est, hic
manebis nullus in vestus debium. En tibi (digito
monstrat D. Ambros.) voluntatis libertatem as-
sertum operibus , melius quam in ambibus Calani
Philosophi deciamationibus : Indubium enim ar-
bitror nullam creatam esse potentiam , quæ do-
minium ac potestatem in cor hominis liberum
ac voluntatem exerceat solus Deus est , quem
Dominium eius credimus absolutum , qui vt talis
agere potest de illa , & cum illa , totum , quan-
tum , & qua ratione placuerit , item efficaciter
illam mouere , eam prædeterminando (modus
L. 1. sent. hic est loquendi Doctoris Angelici qui mate-
ria hanc eminenter penetrat) & vt prima causa
determinans , ita tamen vt nec in minimo eius
deroget libertati , aut vllam inferat vim volun-
tati.

VII.
Vnde pro
berur do-
minij præ-
cellentia.
L. 2. de Or-
thod. fid.
c. 12.
1. 2. in
princ. pro-
logi.

Hoc est, ita hoc est, Dominum esse magnum,
& spiritus hoc tibi demonstro. Tanto clarior est
Dominus alicuius magnitudo , quanto illustrior
est eorum, in quæ dominatur, excellentia. No-
cellentia, bilior Dominus est, qui potestatem habet in oues
& boues, quam ille qui in pullos & gallinas. Il-
lustrior ille, qui concessit vni, præ est ciuitati
quam ille qui domui rustica pæperculæ. Emi-
nentior ille, qui integram possidet Prouinciam,
quam ille, qui vni solummodo imperat ciuitati.
Hic omnes præcurret qui dominaretur aëti,
cælo, stellis, soli, lunæ, ac eius influentijs, eos
qui cunctis etiam terræ pollerent dominijs.
Quid est, obsecro, supremum in natura om-
nium, quæ Deus creauit, & create potest libera
voluntas creaturæ rationalis. Et ratio ea est: quia
tanto quid est excellentius, quanto est Domino
notto Deoque similis. Illi verò in tota natura,
nihil ipsa libera voluntate potest adferri similis:
etenim quia cum illa hominem creauit, dictus
est & dicitur homo ad Dei imaginem & simili-
tudinem creatus esse, sicut ex doctrina D. Da-
masceui probat Theologia Princeps D. Thom.
Talis est autem huius liberæ voluntatis eminen-
tia, vt nec ipse Deus nosset tota sua omnij pten-
tia, vim illi inferre possit, non illam cogere,
non efficere, vt hoc, quod vult, velit, vt euiden-
ter probat præfatus Doctor Angelicus. In omni
nis omnium creatura que sub sole mundi vanitatibus occupatur
creatura (credit D. Bernard.) nihil humans corde subli-
tibus, nihil nobilitus, nihil Deo similis reperitur.
hilissimum. Vnde maxima Dominij celsitudo, quam Deus

in omnem habet naturam, ea est, quam possidet D. Bern.
in liberam voluntatem, quia absque eo quod il-
lam destruat, vel punctum siue atomum de eius
adimat libertate, operatur in ea totum & totali-
ter, quomodo, & quando, eoque modo quo li-
berit, non solum vim non inferendo eius liber-
tati, sed insuper illam perficiendo: est itaque
hoc grande dominium, & hic est Dominus ille
magnus, qui hoc dominio gloriatur.

Hac de causa, vt notant SS. Patres nunquam
se Deus Dominum vocauit, quando creauit mun-
dum, donec creasset hominem libero præditum
arbitrio; & idcirco canit Dauid: *Deus magnus*
Dominus, & Rex magnus, super omnes Deos:
Quantijs igitur magni fuerint Reges, magni-
que Domini, atamen eorum regna ac Dominia
per terram longè latèque extenta describuntur:
porro sicut eleganter probat Doctor Angelicus
nullus eorum tamen exiit aut in creaturis exi-
stere potest, cuius Dominium pertingat, aut eo
vsque possit pertingere, vt operari possit, moue-
re, determinare efficaciter liberam hominis
voluntatem. Esse poterunt, (non abnuo) Do-
mini, & operari pro bona voluntate in bonis
temporalibus, in corporibus, verum in volun-
tate præter Deum fides docet, posse nemi-
nem.

IX.
Nullus
potest in
corde ho-
minis o-
perari.
1. 2. 9. ab
9. 10. a.
4.
X.
Ex his innotescet tibi loquendi formula: qua-
re Deus seipsum inscribat cordis Dominium: *Deus cor-*
deus cordis mei: Psallit Dauid, & Moylis: *Domi-*
nis Spirituum omnis carnis: Dominos inuenias ni Domi-
miplos carnis, corporis, facultatum, atamen nus.
animæ liberæ, voluntatis liberæ, cordis liberi, Ps. 72. 26.
Deus solus agnosceatur. Similiter intelligitur, Num. 27.
quod ipse Deus per vatem loquitur Hieremiam: 16.
nam solaturus eos, quos in Babyloiam captiuos
abducebant, illis pmonitur sua beneficia: *Dabo Hier. 24. 7.*
eis cor, vt sciant me, quia ego sum Dominus. Eo-
rum illuminabo corda, & in illis operabor: quia
ego solus Dominus sum: qui plenum super cor-
da possideo dominium. Hoc est esse Dominum
magnum, eminentem, supremum, quia per hoc
Dominus est supremi omnium eorum, quæ crea-
ta sunt, creaturæ possunt. Et hæc est suprema
gloria, & maxima Dei præcellentia: *Omnis pec-*
cauerunt, & egent gloria Dei, inquit Apostolus. Rom. 1. 23.
An melius non dixerit: *egent diuina eius gra-*
tia? Nequaquam. *Quæ est gloria Dei?* In Quæ glo-
quo diuine consistit præcellentia potestatis, & tiâ Dei
dominij super omnes terrarum Dominos? In egeant
mouendo efficaciter voluntatem liberam, illi Peccato-
conseruando in omnibus & per omnia suæ sta-
tura libertatis: insuper in eo quod voluntas quan-
tumuis

sumnis libera, non possit, si sit in peccato, seip-
sam efficaciter mouere, vt illud delectat, ab co-
que conuersa refurgat, si Deus ipse sui præcel-
lencia dominij ac potestatis illam non moueat.
Hæc est gloria Dei qua peccator indiget. Et li-
quidò patet in ipso Paulo qui dum proficiscere-
tur, adhuc Saulus, in Christum vt leo rugiens
totus malitiæ suæ furij agitur vt Christianos
persequeretur, eius liberæ voluntati Christus
manus iniicit, & illam non cogens, non vim
adferens, ita in oppositum retorquet, & torquet,
& subiicit vt illi dicat: *Domine quid me vis face-
re?* Hanc exponit D. Ambrosius, illud, quod vidit
D. Ioannes in Apocalypsi, nempe Dominum
hunc in vestimento sicut scriptum circumferre:
*Ap. 19. 16. Rex regum & Dominus dominantium: Quia hu-
ius Domini vestis, qua induitur, homines sunt.*
*Isa. 49. 18. Vtuo ego dicit Dominus, quia his omnibus, velut
ornamento vestieris. Eius principale regnum ac
dominium in hoc declaratur, vt Dominus sit
hominum liberorum, eorumque voluntatum li-
beratum.*

Al. 6. 9.
Ap. 19. 16.
Isa. 49. 18.
1. 2. locis
sua.

Hinc concludere, quàm verè dixerit ac doctri-
nit magnus ille philosophus, & maior Theo-
logus Angelicus doctor noster D. Thom. (val-
de conformiter illi præclaræ philosophiæ, quam
docuit eius antesignanus Aristoteles agens de
efficacia & actiuitate, nimæ causa, quæ cæte-
ras mouet efficaciter, & vnamquamque secun-
dum suam naturam: necessarias vt necess. rito o-
petentur, liberat vt libere) quòd Deus absolute
non esset magnus Dominus voluntatis, si tantum
posset in ea agere & operari, illam rogans, vel
illi persuadens, vel intellectum representans id
quod querit tempus & opportunitatem exspe-
ctans, qua se homo ad volendum inclinaret: hoc
enim agit Orator Rhetoricus, & qui persuasiva
pollet eloquentia, sicut boni Angeli, ad bonum,
& ad malum cæcòlamones. Angustum foret
hoc Dominum, & Deus, magnus non esset Do-
minus, nec perfectò pleiue potiretur in cor &
voluntatem dominio, si cum illa tantum quan-
tum, quomodo & quando sibi placeret, agere
non posset: ita vt optimè dicat Apostolus. *Cum
Gal. 1. 15. autem placuit ei, qui me segregauit &c. Et alio lo-
co verba quæ ponderat D. Thom. Ipse est qui o-
peratur in vobis & velle, & perficere, de quibus
latius inferius. Itaque quod prædicator operetur
in auditoribus, efficaciter eorum illuminet intel-
lectum quatenus diuina capiant mysteria, volun-
tatem inflammet vt malum exerceatur, & bo-
num diligant, principaliter pendet à conuersu &
fauore illius magni Domini: ipse namque est,
Hieron. Bap. de Lanuza, Tom. III.*

qui efficaciter operatur, qua ratione, quo tem-
pore, quo modo libuerit in intellectu & volun-
tate. Quocirca quantumlibet prædicator, & si Dei con-
cum Salomone de sapientia, cum Cicerone & curfus est
Demosthene de eloquentia, quinimo cum ipso necesse
D. Paulo de verborum concinnitate deceret, rursus ad
dicat, declaret, exhortetur, se fatiget, mirabilia cordis
proferat, & verbis operetur exterius, nihil pro-
ficiet, nihil efficiet, nisi Deus interius in corde
operetur efficaciter, illud emolens, suaque com-
mouens diuina gratiâ, cœlestique luce mirabili-
ter illuminans.

Hoc ipse Deus dixit Iob vt testatur D. Greg.
*Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam Lib. 29.
sonantis tonitrui, vt plueret super terram absque More. c. 15.
homine in deserto, &c. vt implet in iniuriam, & de- Job. 38. 25
solatam, & produceret herbas virentes. Expendo XIV.
verbum illud: cursum, quòd significat: quis de- Explicat
dit vehementissimo imbrì cursum, quem nubes tur simi-
dimittunt, & decidat, vt terram penetret arti- litudine
dam & incultam, totam ciueticiam seu areno- pluuiæ.
sam, illaque producat flores, herbas, quæ ascen-
dant & crescant in arundines, spicalque profes-
sant, frumento fecundissimas? Potest etenim
nubes pluuiam effundere, terreque madeface-
re superficiem, verum quòd eam peruat, fac-
ciudet, eique incorporatur, fructusque proger-
minet: hoc nubes minime facit, ipsa namque
demittens aquas, nihil potest ultra, sed hoc
Deus perficit, qui in terræ viscibus operatur,
& ingressum aquæ ad telluris intima disponit.
Hanc metaphoram, vt diximus, imitatus est
Apostolus: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui
rigat &c. Et eo sensu illud interpretatur D. Aug. 1. Cor. 3. 7
Forissecus, vt operari possimus plantare, & riga- D. Aug.
re, sed Dei est incrementum dare. Et ipse D. Gre- Tra. 29. in
gor. perpendit illa eiusdem Apostoli verba: O. Ioannem.
rationi instate vigilantes in eam gratiarum actio- Tom. 9.
ne, orantes simul & pro nobis vt Deus aperiat o- Li. 29.
stium Euarig. li. ad loquendam mysterium Christi. Mora. 16.
Aperiat Deus ostium verbo Dei, vt cor perua- C. Ios. 4. 7.
dat, intellectum illuminet, attrahat moueatque
voluntatem. Ipse etenim est, qui clauem huius
habet propugnaculi: *Sauit us & verus, qui habet
clauem David, qui aperit, & nemo claudit, claudit &
nemo aperit. Prædicare potest Moyses verbis ac Apoc. 3. 7
miraculis: si verò Deus clauem non apponat, si
cor non aperiat, clausum remanebit, ita vt nec
gutta quidem illius pluuiæ illud penetret. Clau-
det oculos vestros, at per Hiam: & per ipsum Isa. 29. 10
Moysen: Vos vidistis vniuersa signa, & porten- Deut. 29.
ta, & non dedit vobis Dominus cor intelligens,
& oculos videntes, &c. Hinc est, quòd docente
D. Aug.***

1. Cor. 3. 7
D. Aug.
Tra. 29. in
Ioannem.
Tom. 9.
Li. 29.
Mora. 16.
C. Ios. 4. 7.
Apoc. 3. 7
Deut. 29.
D. Aug.

XV. Prædicator prius cret. D. Avg. L. 4. de doctr. Conf. c. 12. 5. & 20. To. 3.

Esther. 11. 13.

D. Avg. To. 3.

D. Avg. Tom. 3.

Ho. 23. N. 40.

XVI. Exhortatio fit in templo. L. 4. de 6. 71.

D. August. Concionator iam prædicaturus, primo recurrere debeat ad Deum, orando, illumque rogando, ut verbis, quæ exterius ipse auribus ingerit audientium, suam superaddat iungatque gratiam, quæ in corde intus operetur. Ad Deum leuet animam sitientem ut evadit quod bibirit vel quod impleverit fuitat. Cum enim de una quaque re multa sicut, qua dantur, & multi modi, quibus dicantur, alijs qui hæc sciunt quis novit, quod ad præsens tempus, vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, nisi qui corda omnium videt? Et quis sciat ut quod oportet, & quemadmodum oportet dicatur a nobis nisi in cuius manu sumus nos, & sermones nostri.

Deinde renouit petitionem, Sanctissimæ Esther, quæ Regi Assuro locutura, eiusque efficacius perimotura primo Deum in oratione consuluit. Oret concionator, ut Deus sermonem bonum det in os eius si enim, regina oravit Esther pro sua gentis temporanea salute, locutura apud Regem: ut in os eius sermonem congruentem daret: quanto magis orare debet, ut tale munus accipiat, qui pro æterna hominum salute in verbo & doctrina laborat? Verba sibi Esther assumat: Da mihi fiduciam Domine, Rex deorum & universa potestati, tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius. Sic. Perpendit patiens, quod iuxta Rhetoricæ regulas ac instituta ita præcedere conarique debeat Ecclesiastes, Docere, delectare, & flectere. Doctrinæ necessarius est, delectare suavis, flectere victoriosa. Tu iudicium ad illiorem referendam de voluntate victoriam, illamque sectendam sit Dei gratia fauorque necessarius.

Ideo requiritur, ut Orator ferventer oret, divinam postulet supplex gratiam: & multo magis eam rogare debent auditores, & hanc præcedimus, quando in prologo concionis spiritus S; gratiam implosumus: & hic mos pius est, ab initio nascentis Ecclesiæ salubriter introductus ut probauimus ex D. Chrystosto. & nunc perseverat, dum eam per intercessionem Beatissimæ virginis deprecamur. Si ergo ut suum habeat effectum prædicatio, pari manu adesse debent Deus ac prædicator, iustum est ut prædicatio in templo fiat, ubi singulariter Deus assistit (inquit D. Chrystostom) & particulari residet præsentia, ubi, inquam, sua communicat donatio copiosius & in cordibus operatur efficacius. Ad concionum auditionem consue ad Ecclesiam: in qua & aures prædicatori, & cor Deo dare ad labores. Hæc est, ita hæc est optima dispositio tibi necessaria, ut tibi prædicatio sit emolu-

mento. Quinimo hinc erit quod parum vel nullum referant hodie fructum prædicatores, cum tantum sit, & tanta loquendi facultate præclari: quia accutis aures tantum prædicatori daturus, sed cor non adfers quod Deo consignes, ut in eo operetur, imo potius illud fors omittis tu in bonis tuis, tu in ea cum inordinat affectis, tu in tua prætenione ambrosia piore confestim dicturi sumus.

Ex dictis omnibus fit illa conclusio ex æquitate requiri, ut quedam sint loca particularia, sancta, dedicata, in quibus Dei verbum proponatur, & talia constat antiquo fuisse tempore: quæ continuenter conciones habebantur tantum in templo & in synagogis, quæ ad hoc singulariter erigebantur, & ad decantandas Dei laudes, psalmos, factaque anticas. Insuper & ipse Christus omnis doctrinæ cælestis instructor, ita vulgariter in locis istis prædicabat, ut Sacerdoti de doctrina sua eum interroganti, respondit: Ego semper docui in Synagoga, & in tem. Ioann. 18. pro, quo omnes Iudei conveniunt. Porro non ideo reprobandum, si quandoque conciones in locis publicis, forsque habeantur, obtenta scilicet licet et particulari Prælatorum aut summi Pontificis facultate cultare. Primo: quia multi peccatores tales sunt, alijs in locis necdum Dei verbum audire non querant, sed eis potius ab illo refugiant, idcirco conveniens est, care. ut Dei verbum ad illos accedat, illos intelligat, eorumque portas, vel iuste ingrediatur, ut diximus, quando de fraterna correptione egimus. Sic Deus Hieremæ præcepit, ut ad loca publica forsque frequentiora urbis Hierusalem Dei verbum propositurus accederet. Hæc dicit Dominus ad me: Vade & sta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur Reges Iuda, & egrediuntur, in cunctis partibus Hierusalem, & dices ad eos: Audite verbum Domini Reges Iuda & omnis Iuda, cunctique habitatores Hierusalem, qui ingrediuntur per portas istas: Hæc dicit Dominus, & c. Idem] expendit D. Hieron. notans hoc ita familiare fuisse prophetis, ut ipsi peccatores quarterent illis prædicaturi, ut frequentius prædicarent docerentque populum in locis publicis, ubi tribunalia decreta erant, unde dicebantur, illosque vocat per prophetam Amos: Corripientes in porta, dum ait: Os habuerunt corripientem in porta: quia sicut D. Hieron. ibidem & D. Gregor. notant, maiores concursus fiebant in portis civitatis in quibus tribunalia celebrabantur.

Secundo: non expedit, ut divina sapientia minus sit salutis nostræ sollicita, ac parata, quam

17

Hiere. 17.

19.

Amos. 6.

10.

L. 21. Mor.

6. 14.

*Sap. 7. 10. XVIII. De la-
pietia de-
monis su-
peret ma-
litiam.*

quom dæmonis ad nostram perditionem audeat iniquitas: sapienter enim dicitur: *Sapientiam non vincit malitia.* Diaboli malitia in nostram vigilat damnationem, vt illi satis non sit, quod eam per ministros suos in locis procuret inhonestis ac profanis, & ad mundi negotia in locis mundo dicatis virgeat ardentius, insuper, & hoc conatur, vt similiter in loca penetrent sacratoria. atque in templis Religionis, nec non in festis solemnioribus in ruinam impellant: vt hic p. el. l. protocetur, & cum coniugata fiat conuentio, hic technia patet fraudulenta, & miscantur de maxime lubricis rebus profanisque colloquia. Sit igitur diuina sapientia ita sedula, vt patum sit ei quod in locis sacratis nostre peragat negotia saluationis: nisi etiam loca penetret mundo profana, ibique de nostra tractet sitque salute sollicita. Hoc est quod toties de seip. a diuina repetit sapientia. *Sapientia foris predicat, in placis dat vocem suam, in capite turbarum clamauit, in foribus portarum urbis profert verba sua, dicens: Vsq. uquo paruuli diligitis infantiam.*

gentes examinent occasiones ad hoc urgentes, quatenus illud fiat cum auctoritate, & decencia tali muneri conueniente.

§. 7. Admirabantur Iudæi. Admirantur Dominum predicantem, quia debet aliquando predicator, docente D. Augustino, stylum altius attollere.

Mirabantur Iudæi dicentes: *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Prof. u. d. illa tunc temporis Christus mysteria proponebat, singularia quædam S. Scripturæ explanans loca (hoc enim appellant *Litteræ*) tanta verborum eloquentia illa proponens, quæ sub literæ cortice latrabant, & tam si auiloquo feruere perorabat, vt ipsi Doctores, & Sacerdotes omnium sapientissimi stupent attoniti: quos D. Euangelista nominat *Iudæos*, quo nomine eor prius vocauerat, dicendo: *Quærebant eum Iudæi interficere.* Saluator noster diuina sapientia, velut Doctor eximius, & prædicatorum anthesignatus aliquando doctrinam proponebat planam ac facilem, qualis erat illa, quæ mores ac consuetudines tangebatur, simplici, ac communi populo, quam omnes intelligerent nullaque caperent impediri difficultate. Alias stylum extulit, & altiora decuit, profunda declarans mysteria sacris conclusa scripturis, & quæ cœlestia spectabant, ac nostræ fidei Sacramenta adeo sublimia, vt ipsi sapientia insigniores illa nunquam capere valerent.

18
Ioan. 7. 6.

Pron. 1. 20. Et. Conuertimini ad correctionem meam. Et iterum. Numquid non sapientia clamauit: Et. In summis excelsisque verticibus, supra uiam in medij semitis, stans iuxta portas ciuitatis, in ipsi foribus loquitur, dicens: O uiri ad uos clamauit, Et. Hoc uiros pietate insignes permouit, vt in locis, forisque publicis prædicarent: sicut de P. N. S. Dominico, eiusque discipulo D. Petro Martyre refert D. Antonius & ad rem diuinas narrat historias, de nubibus quas Dei benignitas produxit, quibus audiores obumbrantur ue calore solis virentur. Ac de terreltri Seraphim D. Francisco scribit D. Bouaen: hoc illi euilque locijs strattibus contigisse. Nec non de S. Antonio Paduano memorie tradit D. Antonius quodd pulchrum portatile circumferret, vt pro temporis oportunitate, cum uellet, Dei munere iungeretur, uerbumque salutaris proferret. Et iam testatur de eminentissimo Apostolo nostro D. Vincentio Ferrariensi, quod Seraphim illi toti dumno flagrantis amore summpere desiderarent, vt in omnibus locis de gloria ac honore Dei ageretur, antmaque curaretur, quandoquidem in locis omnibus ministri diaboli illas peruertere, Deoque sustinuerentur. Huius intoutu multi summi Pontifices quibusdam Religionibus permisissent in locis publicis prædicandi potestatem. Et ratio suadet, vt quicumque hoc agere uoluerit illisque locis secularium concionari, hoc faciat cum consensu Episcoporum ac Prælatorum, qui dili-

XIX.
Fetuenio
tes ficio-
natores in
placis prædicauit.
3. p. 118. b.
11. 23. c.
6. §. 4.
L. de uita
B. Fran-
cisci.
3. p. 111. 24.
63. N. 3.
21. 23. c. 6.
34.

Ex ratione declarant SS. Patres uisionem Ezechielis Propheta: uidit hic templum admodum augustum, de cuius orientali porta flumines aquarum ita uidentium profuebat, vt uitam piscibus mortuis infunderent, & ad ripam fructus producerent in arboribus admirabiles. Ap. que quæ partim ultra talos non incresebant, vt illas posset aguis peruenire: aquæ, quæ partim uelut ad genna intumescbant: & quibus superandis, vires requirerentur fortiores: aquæ, quæ partim sic increuerant, vt eas natat leuissimus nequiret peruenire, peruenire. *Inumerum aquæ profundæ torrentis, quæ non potest transuadari.* Hoc per amplitum templum, corpus nostri est Redemptoris, de quo ipse heri dixit: *Soluite templum hoc: & erigimè illi conuenit, quod psallit Dauid. Templum sanctissimum, mirabile in aquitate.* Per illius templi portam, eius scilicet os diuinum, ueritimus emanauit fons

I.
Visto Eze-
chielis de
flumie
templi ex-
plicatur.
Ezech. 47.
Ioan. 2. 19.
Ps. 64. 5.



fons prædicationis, doctrinae ac verborum: O quam pura limpidaque aqua: *Eloquia Domini casta*, &c. Aquæ vitæ, quæ vitam largiuntur. *Verba, quæ ego loquor, spiritus & vita sunt*, dixit ipse Saluator: & David phrasi hoc exprimit non vulgari. *Lex Domini immaculata conuersens animas*. Proverbium est: *re-dije mihi anima in corpus: id est reuixi. Verba vitæ æterna habet*. Illi dixit coryphæus Apostolorum.

II. Aliquando doctrinam proponebat planam, quam agnus posset peruenire ac penetrare simplicissimum, quando facilia prædicabat, quæ eundem caperent: alias paulo sublimiorem, quam non omnes intelligebant: porro alias adeo sublimem ac præcellam, ut in ea leuissimi natotes, qui sacras exolverant literas, quasi submersi hæserint, sic ut eam nec peruenire possent, nec petrantur. Prædicationem instruit Principi Nicodemus de noua filiorum Dei generatione per baptismum, & atonitus, & extaticus, & quasi mergendus exclamat: *Quomodo possunt hæc fieri?* Concionem exorditur de sublimissimo venerabilis Sacramenti mysterio, & cæteris sapientia digniores sic fluctuant, ut pedem nequeantingere solidiorem. *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* In cœna Domini, de suorum discessu discipulorum cœlestem planè proposuit illis concionem, & quamvis inuenio Christi frequentassent scholam, in egrumque suum abfouissent eum, illa quæ dicebat, auscultabant, & se tamen ea capere non posse fatebantur. *Nescimus quid loquatur?*

III. Ut necesse fuerit, ipsis promittit Spiritum S. qui luce sua cœlesti, eos illuminaret, & ab eo dicta declararet. *Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis*. Talis sermo ille fuit, quem Christus ea tempestate proposuit, ut ipsi valiores Elephanti aquis illis mergerentur. *Admirabantur*.

III. His saluator noster instruit Prædicatores, docetque formam, quam obseruent, & stylum quò prædicando progrediantur: ut non totus verberetur in vitia reprehendendo, sed etiam & quidem multum in docendo. *Docerat*. Non omnia sunt, infernus, ignis æternus, demones, condemnatio solis mensuræ vocibus intonata, sed adit pariter doctrina, & hæc varia: hoc enim est, quod Apostolus Timotheo discipulo suo præscripsit: *Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina*.

Quamuis necessarium sit, ut interdum adeo plana proponat prædicator, ut ea capere possit

etiam maximè ineredita vetula, moralia tractando, & domestica, interdum tamen altius debet assurgere, mysteria nostræ fidei declarando sublimiora, mirabilia quæ in nostrâ redemptione, & iustificacione veniunt consideranda, bonotum cœlestium & gloriæ prærogatiuas.

Numquam intellexisti, vel in alphabetario didicisti, quòd Christianus quatuor teneatur scire: quid sibi sit agendum, quid credendum, quid sperandum, quid petendum? Sunt hic quædam ita plana, & quæ tanta debeant claritate exponi, tanta verborum simplicitate, ut ea cuncti intelligant, velut quid sit agendum, quid sit quod Deus, cuiusque nobis præcipiat Ecclesiæ: quid à Deo sit postulandum, quid nos Saluator in ea doceat, Oratione, quam ipse per petitiones digessit: *Pater noster*: hæc enim omnibus scire iacumbit. Verumtamen sunt & alia præclariora, ut pote nostræ fidei mysteria, gloriæ secretæ: de illis enim istas prædixit: quòd ea nec oculus viderit, nec auris audierit, nec in corde hominis ascenderit, ut ea pro dignitate possit imaginari. Hæc omnia docere tenent Ecclesiastes: Stylum aliquando demittat, explicans quid tibi faciendum, qualiter Deus à te sit amandus, qua ratione ieiunandum, audiendum sacrum, qua præparatione Sacramenta recipienda, & adeo vulgari modo procedat quali Christus in monte sermone illo percelebri, quem edixit ad morum correptionem, quem etiam ingenio tenuissimi intellexerunt, nec ideo cum vilioris habuerunt, quinimo, testibus Euangelistis, diuini eum acclamationibus altius extulerunt. Verùm alias penas attollat altiora fidei nostræ: declarans mysteria, ijs præterum diebus, quibus ea nobis ab Ecclesiâ colenda proponuntur loquatur de magnitudine Dei, & de rebus SS. Trinitatis agat personis, earum aperiat celsitudinem, disputet de infinita Dei sapientia in nostræ salutis remediis, de admirabili eius dispositione in nostræ carnis assumptione, bonitatem extollat immensam in nostram utilitatem, morientis, Sacramenta instituentis, quod tanta sunt mysteria, ut eorum audiens vel vnicum verbum Nicodemus, se hæc non intelligere candidè fateatur. Oculum suum extollat cum aquila, in solem gloriæ, & illorum bonorum contempletur excellentiam, quæ tanta sunt ut Apostolus Paulus licet in tertio celo doctus illa conspiciens, intellexerit, se vel minimum eorum non posse verbis explicare.

Hæc

Hoc patet in eo quod ipse Dominus predicatorum suos vocet Angelos: *Angelus Dominus creatus*. Et bene quidem hoc etiam nomen, cum D. Gregorio, non natum est sed officij: Angelus quippe significat legatum, & hoc nomen proprie quadrat predicatoribus, ministris missis a Deo, quibus iniungit. *Ecco ego mitto vos: Euntes in mundum universum predicatis Evangelium* &c.

In illud
Ps. 44.
vixit te
Deum.
Iacob. 1.
5. 2.

Huic apposite declarat eleganter D. Augustinus mysterium verborum, quibus Christus allocutus scribitur Nathanael: *Videbitis eolum apertum & Angelus Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis*: Videret enim hic spectare Angelos illos quos Iacob vidit in mystica illa scala, ascendentes & descendentes. Hoc est, inquit ille, munus Predicatorum ad infimum terrae, res docendo communes, faciles, quas nullo negotio homo capit: si vel aliquantulum se à terra sursum eleuet, & deinde ascendere ad supremum caeli, ad sinum Patris, ad Trinitatis SS. mysterium. En, ait, nonnullos hoc Angelos facientes. Ecce D. Iohannem Evangelistam, quam alii condescendat. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum &c.

10. n. iii.
1. Cor. 2. 6.

Ecce quam profundè descendat. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Mirare Paulum Apostolum ascendente: *Sapientiam loquamur inter perfectos, sapientiam autem non huius mundi &c.* Sed loquamur sapientiam, quae abscondita est in mysterio, quam nemo principum huius saeculi cognovit. Porro mirare nunc descendente: *Tantum parvulis in Christo loquor vobis potum deidi, non escam: nondum enim poteratis. Apertam* (inquit) *& erigant magis, descendunt, & nutriant parvos.* Huic argumento idem D. Augustinus inhaeret probans quaedam esse, quae plurimum requirunt altitorem, alia demissiore ac humiliorem. *Interpositis verbis, quae sunt dicenda submissius, bene videtur ad ea quae opus est graviter dici in vocationis impetu ipsa oratio sicut: estus maris alterpet. Vnde quae concinna metaphorical Praedicatoris eloquentiae flumen assimilari debet aestui maris, quod impellat ventus Spiritus S. sic enim ipse futurum respondit: *Repleta est terra scientia Domini sicut aqua maris operientis*: aliquando namque pelagus aequum est ac sedatum, aliquando vero fluctus ad caeli atollit sidera tempestuosum. Hic verò ascensus ac descensus fieri debet supra filium hominis, ipso docere, hoc est ut semper praeculis habeant tamquam scapulum Dei, & Christi quae gloriam, atque commodum animarum.*

1. Cor. 3. 1.
D. Avg.
L. 4. de
Doctr.
Christi.
Tom. 3.

Pariter ad utilitatem vestram: *Vobis*, inquit Apostolus: hoc enim sit eius scopus in quem collimare oportet eum, qui Christi charitate succeditur, *Charitas enim Christi urget nos*. Predicatores multos invenias, quos propria excitat ambitio, gloria titillat, licium commouet, idecirco suos conatur conceptus formare sublimiores. Vah rationis impotes! Ad Dei honorem, ad audientium salutem haec omnia referenda, & ascensus doctrina sublimiori, & descensus humiliori. Hinc habeo, quod ingeniose roat D. Augustinus: hanc primam & ultimam esse debere curam, cui animi debeat studium laborque praedicatoris, ut eo modo sua proponat, quo possunt esse utilis auditoribus, quocirca contenti sunt ut verba praemeditent, quibus distinctius profunderia declarat mysteria, illud Spiritus S. complens oraculum: *Cor sapientis erudit, cor eius: quod septuaginta transtulerunt. Cor sapientis cogitabit, qua ab ore proprio.* Vehementer assurgit, inquit D. Augustinus, praedicatorum, recognitas quibus verbis commodius exponam altiora mysteria, ut ea

1. Cor. 3. 1.
D. Avg.
L. 4. de
Doctr.
Christi.
Tom. 3.

capiant

1. Cor. 3. 1.
D. Avg.
L. 4. de
Doctr.
Christi.
Tom. 3.

capiant

1. Cor. 3. 1.
D. Avg.
L. 4. de
Doctr.
Christi.
Tom. 3.

capiant

Hoc (inquit) idem declarat Apostolus, dum 1. Cor. 4. ait: *Sive mente excedimus Deo, sive sobrii simus, vobis: charitas enim Christi urget nos.* Divina verba. Aliquando, loquitur Apostolus, nos ipsos erigimus, & supra vestrum intell. scum sublimius praedicamus, coelestia ad Dei laudem exponentes mysteria Deo. Deinde temperanter & humiliter doctrinam exponimus, eius deprimentes celsitudinem ad caput vestrum, salutemque animarum: *Vobis*. Nihil etenim aliud sibi praesigere debet praedicator, quam Dei gloriam, & profectum auditorum. Non in sublimitate letmonis concionandum, ut diceatis omnibus pateat actimonia ingenij, studij solertia, ac facunditas intellectus: hoc etenim vanum esset, nec ascensus foret supra filium hominis: sed Dei gloria clarificat, ut eius, quem adoramus, Dei celsitudinem, dignitatemque, quae super omne quod habet esse praecellit, agnoscamus, pariter intelligamus, quod D. J. omnes, quos celsit sedenta Gentilitas, & quique potentissimi, quibus mundus nullos agnoscit eminentiores, eius comparatione sterces sint & nihilum. In his autem eius capiamus sapientiam, in eius comparatione, superbia sapientia, quam orbis in suis miratur est philosophus, poetas ac sapientibus, auentia sit & ignorantia. Immensa eius nobis pareat bonitas: quandoquidem cum talis sit, qualis est, tanto studio, luxque salutaris impendio viliissimi procurant salutem, bonumque verniculi.

Pariter ad utilitatem vestram: *Vobis*, inquit Apostolus: hoc enim sit eius scopus in quem collimare oportet eum, qui Christi charitate succeditur, *Charitas enim Christi urget nos*. Predicatores multos invenias, quos propria excitat ambitio, gloria titillat, licium commouet, idecirco suos conatur conceptus formare sublimiores. Vah rationis impotes! Ad Dei honorem, ad audientium salutem haec omnia referenda, & ascensus doctrina sublimiori, & descensus humiliori. Hinc habeo, quod ingeniose roat D. Augustinus: hanc primam & ultimam esse debere curam, cui animi debeat studium laborque praedicatoris, ut eo modo sua proponat, quo possunt esse utilis auditoribus, quocirca contenti sunt ut verba praemeditent, quibus distinctius profunderia declarat mysteria, illud Spiritus S. complens oraculum: *Cor sapientis erudit, cor eius: quod septuaginta transtulerunt. Cor sapientis cogitabit, qua ab ore proprio.* Vehementer assurgit, inquit D. Augustinus, praedicatorum, recognitas quibus verbis commodius exponam altiora mysteria, ut ea

capiant

capiant

capiant

capiant rudiores ceterisque hebetiores. Totum quod intelligo volo, ut qui me audit intelligat, & sentiat me non ita loqui, ut hoc efficiam: quia conceptus verba non assequuntur maxime quia ille intellectus mentem, quasi rapida coruscans igne suffundit locutio vero tarda est, longa longaque dissimilis. Prosequitur & hortatur Predicatore, eo modo concionetur, ut altiora stylo proponat plano ac humili, illicque in mentem veniat: quod *Eternus Pater verbum suum substantiale & aeternum*, ut capiti nostro accommodaret, demisit *Ecce*. Et D.

1. *Thessal.*
2. 7.
Lib. 4. de
doct. Chr.
2. *Tim.* 1.
11.
Vide in
prim. in
censura
Auctoris
§. 6.
Ezech. 3. 1.
He. 10. in
Ezech.
Apoc. 10.
9.

Paulus balbutiens nutrit efficitur, ut puerum induat. *In medio vestri sum, tanquam si nutritrix fovea: filios suos*. Hoc inquit consilium dedit Timotheo discipulo: *Formam habe sanctorum verborum*. Attende vt eo modo loquaris, quo magis profus, & lucrum referas animarum abundantius.

Porro necessarium est quod non sufficiat predicatori humilia concionari, sed interdum sublimiora ac grandiora proponat: hoc enim Spiritus S. inducitur vt D. Gregorio credimus illa vitione Libri, quem Ezechiel tradidit, suoque dilectissimo discipulo Ioanni Euangelistae: nam eos ad munus multus predicationis, librum tradidit scriptum intus & foris, hoc est scripturae symbolis: hanc enim oportet vt explicet predicator. Scriptus est hic liber foris in cooperculis parentibus, & intus in folijs conuulsis: doctrinam enim comprehendit omnibus obuiam quam omnes de facili concipiant, & occulta clausaque mysteria quae feliciora ac doctiora exigant ingenia. Hoc agat Predicator, hoc egit Saluator noster. Hodie adeo graua ac sublimia proposuit, vt claustra vrbis Hierusalem ingenia maiorem in modum obstupescerent. *Mirabantur*.

§. 8. *Admirabantur illi, sed non conuertebantur, sicut Pharaon, alijque ex nobis plurimi.*

21
1.
Iudaeorum
obstinata
malitia.
2. *Tim.*

ET aliud hic detego mysterium scilicet, quod quamuis D. Euangelista velut ostendere doctrinae Christi celsitudinem, vult tamen pariter, & horum malis ex illa colligere malitia profunditatem Iudaeorum. Quamnam erat illa Christi doctrina? adeo supereminens ac sublimis, vt illi ipsi mortales inuideret, quorum oculis nihil bene factum placebat, mirarentur, illaque stupefacti haerent, illam de terra nequam prodire posse iudicantes. Quamnam illorum erat adeo profunda, & pertinax & caeca malitia,

qua supra modum attoniti, non illi credebant: illumque acceptare recusabant? *Admirabantur sed non corrigebantur*. (Inquit D. August.) Meo iudicio probare nobis intendit illorum malitiam obliuione vicisse Pharaonis, Aegyptiorumque perueraciam, qui merito maris fluctibus absorpti demerguntur, nec non perhidi Regis Saulis qui iusto Dei iudicio suo ipsius gladio traestus occubuit: pariter impij Regis Ochoziae, & sacrilegi Regis Balhsiter, qui in poenam suorum criminum infelicis morte sublati est, Medoram Perfarumque viribus interemptis, quia vero horum insaufus exitus inter S. scripturae loca sunt celeberrimos metumque incutunt grauiorem, illos expendamus.

D. Aug.
Tom. 9.

In Libro sapientiae data operam perpendit Spiritus S. obliuisciam Pharaonis ac Aegyptiorum perueraciam, contra ponderat opera illa prodigiola, quae Deus ipsis spectantibus mirabiliter est operatus. *Magna sunt iudicia tua Domine, & admirabilia verba tua*. O Domine, quam magna tua fuerunt decreta iudicia, & ineffabilia opera (hoc enim significat *verba tua*) quae in Aegyptio perpetrati: Per hoc luce clarius illarum ius ac apparuit perueracitas animarum, ipsis petris duritissimis impenetrabilior: hoc indicat subiecta tiorum verba: *Propter quod in discipulata anime errauerunt*. Et quomodo gaudet hoc? Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctae, vinculis tenebrarum & longa nocte compediti inclusi sub

Sap. 17. 1.
II.
perpetua
cia.

Incipit proponere, id quod Deus in conspectu rebellium istorum terribiliter operatur. Hoc sibi perstare debant se posse Dei populum iniustae suaeque subiectione seruiri. Deus autem, vt eorum illuminaret caecitatem, ecce prodigiola & stupenda nimis operatur, quibus eos diuini flagellabat, tenebras excitat adeo palpabiles, vt illis quali compediti languerent, nec se quisquam de loco ad locum mouere possent, immittit conuicta, fulgura, cornuscantur mesig. eas, grandinem horribilem quae alem nunquam in terra viderant Aegypti, quo terrore immo percussis prosternebantur. *Pauentes horrenda & admirabilem vim perturbati*, Voces intelligebant inuicem, ita singulares & admiratio ne terribiles, vt illas audientes haerent suspensi, mentis impotes attoniti: *Sonus descendens perturbabat illos*. Timore conturbati contenti, his inharebant, non vteris progressi, de illis tantummodo discurrentes, & in sua, imo duriori rebelles malitia manebant obfirmati.

Idem.

Ideico eas appellat Spiritus S. *Animas indisciplinatas*: sine discursu, sine disciplina; Vata-
llus transfert: *Impertina animi*: stultæ ieruditæ.
Peperit admiratio Philosophum, & ut ait Aristo-
teles: *Propter admirationem ceperunt homines
Philosophari*. Et aliter fieri non posse videtur, quin
aliquid conspiciens, quod multum admiraris,
statim cuiusvis inquiras, quod hoc est, quid per
hoc præstentur? huius finis? In tibi imperitas,
stultas, indisciplinatas animas, Pharaonem ac
Ægyptios: cum enim adeo stupenda conspice-
rent, voces audirent adeo terribiles, quibus ad
extremum turbabantur, non philosophabantur,
non vtherius inquirebant, quid hoc esset, cum au-
tem tenerentur & equum esset, ut hinc intende-
rent, qual Deus stupendis his prodigijs, voci-
busque illis persuadere conaretur, seipis curio-
res atque obstinatioris, iniqua prætenione per-
petua Dei populum servitute pressum detinere
præsumpserunt. *Mirabantur, sed non converteban-
tur.*

III. *Perfidum consilium Saulẽ a Deo reiectum,*
admiracione perterritum ob varias grauesque ca-
lamitates, quas capiti suo ingruere deslebat, nec
Saul con- à Deo videbat sibi concedi remedium. Apparet
toma. 14. illi eximius Dei propheta Samuel, iam defunctus
2. Reg. 28. & Sauli prædicit aduersitates illi superuenturas:
16. & quare? quia Deo rebellis tenuit obedire.
Tanto stupore perturbatur, ut in terram semi-
mortuus ac vitibus destitutus corruerit: & hæ-
ret hac solum admiracione percussus, nec in se
reuerterit, nec iniquas suas corrigi intentiones,
imopotius in sua non desectendus iniquitate
perleuerat, Deo scdisfragus. *Mirabantur, sed
non convertebantur.*

IV. *Apparitores mittit Ochozias*
durities. *Ochozias rex impissimus, ut manus inieiant captantque*
prophetam Eliam, ducem scilicet quinquaginta
milibus consilipatum: Cum illis dux accedit
ad Eliam, videt autem & expauescit ad viam
propheta vocem de cælis ignem descendere,
cauctolque conflagrari: Obstupescit clalem
Rex, nec conuertitur, quimmo pernix &
alios mittit quinquaginta milites & ducem cum
illis: idem illis contigit infortunium, penaque
fomidabilis: descendit ignis de caelo, cunctosque
consumit. Majori percellitur Rex admiracione,
sed poenitentia conuertitur minori, quandoqui-
dem & tertium mittere ducem, aliosque quin-
quaginta milites ad eundem effectum pernica-
rior non exhorrescat. *Mirabantur, sed non conver-
tebantur.*

V. *Sed hos omnes obstinatione superat (ui fallor)*
Balthaf- *lari ob-* *pernix Balthazaris Regis impietas. Procuris,*
Sinaso.

vt effraenis equis, suas sectatis iniquitates, hor-
rendaque scelera, tandem conuictum instruit
Principibus suis, intusque permagnificum,
in Dei despectum sacra templi polluento vasa,
quibus grauer Deo iritatis, dum omnes ex-
pplicata fronte poculis inhiant epotandis ma-
num illam mysteriosam mittit, in pariete scri-
bentem ipsi Regi ex opposito; Contremiscit,
pallefcit, conuulsatur, tactoque membrorum
ac corporis horrore concutitur, ut genua ad
se inuicem trementia colliderentur. Audi S.
Scripturam timorem eius exarantem: *Tunc fa-
cies Regis commutata est, & cogitationes eius con-
turbabant eum. Et corporages renum eius solueban-
tur, & genua eius ad se inuicem, collidebantur, &
exclamant fortiter. Exclamant fortiter, præci-
piens aduocari sapientes, diuinos, atque pices, ma-
gos & ariolos, magnis propositis premijs illi, qui
scripturam hanc legete possent & interpretari. Pro-
dit in medium Daniel, atque hanc scripturam
eius verba continere: *Mane, Tebel, Phares*: Nu-
merus, pondus & diuisio: quorum hæc esset
explicatio: Numeratur Deus regnum tuum, &
compleuit illud: Appensus es in statera, & in-
uentus es minus habens: diuisum est per mor-
tem regnum tuum, & datum est Medis & Persis.
Audit hæc, conuulsatur, perterritus expauescit:
numquid conuertitur? Numquid illic pedem
effert? non conuertitur, non effert, sed solo
stupore prostratus hæret nihilo melior factus, &
in ipsa sca facisega vasorum pollutione pernix
obstinatur, quo lactum est, ut disponente sic
euncta Deo eadem nocte hostes in vibem irue-
runt cumque intersecerint, vitam illi corporis
aufereutes, & hæmones animam eius, sibi præ-
dium allumplerunt. *Mirabantur, sed non converte-
bantur.**

Dan. 5.

VI.

Tales erant hi mortalium infelicissimi: *Mira-
bantur, sed non convertebantur*; Et talem te esse
quis non videat? quos contingit te bonorum
eminentiam audire, que Deus præparauit sibi
seruientibus: Admiraris, sed non conuertis
ad meliora: quia eodem semper affectu ter-
rens diligis, ut nec vlium suspitium ad superna
dirigas, nec desiderium in te feruat illa con-
quendi: admiratus, non conuersus. *Mortuum
illius diuitis epulonis exitum in regis, infer-
ni voracibus flammis in perpetuum addicti:
quia mendico Lazaro amicus negauit superfluas,
& ecce lam-abiles voces planctusque inge-
minat. soraham deprecatur, & vnicam tan-
tummodo sibi aquam guttam postulat, nec ex-
auditur. *Pater Abraham miserere mei, Ecce. Luc. 16.
918. 24.**

Peccato-
rum in-
crepate
obstina-
tio.

quia crucior in hac flamme. Admiraris, præ hore tibi crines eriguntur? hic hæres, nec pedes moues pauperi largitorum elemosynam: admira- tus, & non conuersus. Quoties auribus tuis, in clamatur, quid pro te Deus fecerit, delecten- dens de celo in terram, se clausulo virginalis vteri concludens, factus homo, natus infans, frigore tremulus, in præsepi reclinatus, triginta tribus annis innumeris vitam transigens labori- bus, in cruce medius inter sceleratos moriens: tantum prodigium, vt ipse sol obstupescens ob- scuraretur, tale videre non sustinens spectaculo- rum (vt inquit Dñus Ambrosius) Admiraris hæc audiens, te ipsum solo proseruis, vt tali percussum l'ouitate: sed quis fructus? hæres hic immotus, nec tantis conaris gratus esse be- neficij, non tantis ad meliora progredieris intus forisque Sacramentis, Admiratus, & non conuersus. O quantos videre est in concionibus admirabundos, & quam paucos ad saniora conuersos. Concionem intelligis insignitorem, & aperto ore stas attonitus, vicino colloqueris. Proh: quantà hic præstat sapientiã? proh, quã- ambus melius tua concio! sed quã pauci de peccatis assurgunt? Admiratus es, numquid a- mialium remisisti? Admiratus es, numquid aliena restitisti? Admiratus es, numquid o- dium in proximum ex corde repulisti? Admira- tus es, numquid meliorem viũ frugehi conce- pisti? Admiratus es, numquid ieiunare, & seriam penitentiam agere populuisti? Mirabantur, sed non conuertebantur.

S. 9. Peruersi auditors, qui tantum adferunt intellectum, non autem voluntatem. Vnde li- cet aduertentur non tamen conuertuntur.

Objicies qui fieri possit, vt tantopere admiren- tur, nec tamen ad meliora conuertantur? Ex ea ratione qua tibi tantumdem contingit: De illis querebatur Deus, quod amantes essent, & rationis exortes: cum tantum aures, non cor haberent, vnde solis audiebant auribus, porro nec corde discutiebant nec Phi- losophantur, vt diximus de Ægyptijs: *Audi populo stultus, qui non habes cor?* An te prætere- rit, quod paulo superius diximus, vt effectum suum habeat concio, quod opus sit vt Deus & prædicator pariter concurrant, vt prædica- tor verba transmittat ad aures, Deus autem gratiam suam ad cordis interiora? Si quis con- cionem frequentatis aures solummodo nec cor

adferat, tantum audiet prædicantem, nec à Deo cor eius commouebitur. En tibi horum defectu, qui est & tuus, etenim ad concionem festinas, & Stulti aures tantum corporis adfers vt audias, nõ au- sunt cor non tem cor, hoc enim in facultatibus tuis, tuisque negonjs dimisisti. Sic te Deus per prophetam habent. *Oleam considerat, te stultu infimulans, Ephraim 13. 17. 11. quasi columba sed uilla, non habens cor.* Columba insipiens, sine ratione, concionem audis, sed non idcirco times, te moues, mores corrigis, vitam emendas, & inter eos numerandus, o Domine, quibus loquitur Deus per Isaiam. *Audi e me du- ro corde: Legunt alij: Audi me qui perdidisti cor.* Audi te sarui, qui sine corde hic aduenisti: illud etenim inter præterisiones vestras perdi- distis ambiciosas, inter erudeles vestras cupidi- tates.

Ita contigisse legitur diuini illi mortuo: quẽ vt honorifice terre mandarent, instantes roga. Historia uerunt præclatum illum Apostolum D. Anto- nium Paduanum, vt in eius laudem funebrem uere sine haberet orationem. D. Antonius vt prædicator erat Evangelicus, & veritatis annuntiator, non adulator, qui palpum obtruderet pulpum ascen- dit, & pro themate hoc assumit: *Mortuus est di- ues, & sepultus est in inferno.* Prologum ordi- tur concionis, dicens: quadam opinio hæc ver- ba defuncto: quamuis enim eius hic corpus iaceat cadaver nondum sepultura traditum, iam anima eius ab eo instanti, quod de corpore mi- grauit infelix abyssis sepulta gemit infernali- bus: quod si eam nosse cupitis, hæc est: li- cet ad Ecclesiam conueniret, conciones diuina- que auditurus officia, secum tamen cor suum non deferret, quod pecunias suis habebat inuol- lutum has enim thesaurum suum reputabat, ih- usque hoc recondidit: & si reipla vestrisque o- culis hoc cernere lubeat, ad domum eius con- tendite, tale referate sermum, in quo nummi: e- ius conseruatur, & in eorum medio cor eius re- perieris: Accurrunt illi, & cor adhuc calidum immersum nummis inueniunt.

Eodem modo ad concionem conuertebant illi, de quibus Dominus apud Ezechielem *O rates hoc noueris, quod populus ille audiens te con- cionem habiturum, uerbumque Dei propositu- rum, omnes se mutuo ad illius inuitant audien- tiam?* Dicit vnus ad alterum: *Venit & audia- mus qui sit sermo egrediens à Domino.* Nota ve- ro, quod te auditori ueniant quasi uenirent: *Et uenunt uenunt ad te, quasi si ingrediaris populus: Venit quasi uenirent, intrant audituri, quasi in- ueniant ad uerum, confident ad audiendum, quasi audi- concione dicit.*

*Cap. 10. in
Allud Luc.
23.
Exspirat
aut.*

Isa. 46. 12

II.

*Historia uere sine
corde.*

Ezech. 33.

30.

III.

Nota ve-

ro, quod te

auditori ueniant

quasi uenirent:

Et uenunt

uenunt ad te,

quasi si ingrediaris

populus: Venit

quasi uenirent,

intrant audituri,

quasi in-

ueniant ad

uerum, confident

ad audiendum,

quasi audi-

concione

dicit.

rent. Domine quid hoc loquendi modo significas? Attende: videtur venire porro non veniunt, quia ibi remanent, videtur ingredi templum, sed ne quidem cogitatione: quamvis enim videas eos corpore templum ingredi, anima foris exclusa remanet. Heu quantis hoc contingere iugemilimus! Accingis te venturus ad templum, pallium humeris iniicis, gladio armaris: quo tendis? Concionem auditurus: te ipsa videris venire, & te ipsum ita componis, quasi realiter venires: autamen non tu venis, quia ibi cor tuum relinquis. Ad templum confinis sine corde: omisit illud eo loco in quo thesaurum tuum possides: tu in divitijs, quæ Deus tuus sunt, Tu in muliere, cui illud confignavisti: tu in prætensione: qua tua anima detinetur, tales erant illi.

Porro a'io modo dicamus rationem expendentem, quam de hoc ipso Dominus adduxit per Oseam: quod haberent illi cor divinum, eaque esse corum legitima causa perditionis: *Divi sibi est cor eorum, nunc interibunt.* Cor plurali scripturali portionem indicat animæ superioris, quæ sibi habeat duabus constat partibus: intellectu & voluntate, de quibus egregie disputat D. Thomas. Partes illæ coniunctæ esse debent, nec una potest ab altera separari: gradatur intellectus considerando, perpendendo, discernendo, & subsequatur voluntas adherendo illi, quod intellectus cognoscit bonum esse, & quod malum conspicit esse, fugiendo. Hoc Deus indicavit in eo quod Moyli præcepit, ut mirabilem illam arcæ construeret, quam in sua quietis, & præsentia loci designabat. Consultum non erat, ut esset discooperata, præcepit ut cortinas texeret varijs coloribus vermiculatas, & Seraphinis intertextis depictas, verum eum vincinis, quibus una alteri ita firmiter cohereret, ut quocumque vna traheretur, altera continuo sequeretur. Arcæ præfiguratur animam: est etenim locus, in quo Deus residet, est quietis eius sedes: sic enim per Isaiam declarat.

Ysa. 66. 2. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & mansuetum? Ecce Congruè ponderat D. Gregor. Hæc verba anima ipsi sedes est sapientia. Hinc cortinæ parantur pulcherrimæ, quibus ornentur, intellectus scilicet & voluntas, quibus describantur Seraphini: illis namque potentij comparatur homo Seraphinis, in quantum per illas capax est intelligere, & amare, sicut illi, & optime dixit Angelus D. Ioa. Eadem est mensura hominis: quæ est Angeli. Has mandat cortinas unitas esse, & sibi invicem copulatas: ut intellectus quod bonum est intelligat, velut sibi vile, & Hæron. Bapt. de Lavina Tom. III.

illud consideret ac sequatur voluntas diligendo. Consideret intellectus quod malum est, velut perniciosum, & voluntas illud ut tale fugiens exhorreat. Hoc in se David optabat, ut ea ratione, quæ par erat, procederet: vnde quod apud vulgatum legimus: *Letetur cor meum ut timeat nomen Legit D. Hier. Vnitum fac cor meum & Et varablis: sibi cor meum.*

Aggreditur D. Bern. doctor mellifluus expendere & interpretari visionem vatis Isaiæ: quæ vidit Dominum sedentem super thronum excelsum & splendidum, eaque ratione sermone alios quos composuit divinis verè & elegantioribus conceptibus exuberantes. Inter illos hic sapius reperitur de Seraphinis solum illud permagnificum circumstantibus: erant hi sex alis volucres, duabus capiti tegebant, duabus pedes, & alijs duabus medijs volabant: Constat etenim (ait ille) duas alas fuisse necessarias ut ad Deum volarent, & quæ simul & coniunctim remigarent: & constat aem nullâ esse, quæ vnicâ aliâ quantumvis amplâ, planaque pennis, se possit in altum volando erigere: quod si capere desideres, quid de hoc sentiam: dux istæ alæ symbolum sunt cognitionis intellectus, & devotionis atque affectus voluntatis, quibus anima ad Deum cursu volat celestimo. Placet addere Bernardum? *Ego opinor non inægrè pennas istas agnitionem & devotionem intelligi posse, quibus in eas, qui supra ipsos est, seraphim rapiuntur: lenat quippe cognitionis alæ, sed sola non sufficit: vni cuius, qui una tantum alæ volare contendit, & quo magis exultat, petus colliditur. Num Domine polcis experientiam? Philosophos intueri, quibus mundus non vidit celebriores, qui teste Apostolo, volarunt intellectu. Deum cognoscendo, diuina eius scientiæ notitiam habuerunt, & divinitatis agnoverunt maiestatem, porro cum illi alæ altera non iungeretur voluntatis, hanc sequendo cognitionem. Deum adorando, glorificando, gratias agendo, sic turpiter in terram collapsi sunt, ita sensibus aberrarunt, ut bufones, serpentes, colubros, ut Deus adorarent, ac in tantam demeriti sunt vitiorum colluivem, quantum describit Apostolus. Contemplantur Luciferum (inquit) creaturam adeo formosam, ut nulla de manibus proderit creatoris facta speciosior, quam levis fuit illa eius intellectus alæ, ut nemo habuerit illo levitatem: verum tamen illam solam movendo, & eam, quæ voluntatis est ad Deum non dirigendo, turpiter in esse mutatur demonijs, & fit omnium, quos chaos premit inferni, maxime abominandus. Duabus ad Deum alis non aduclavit.*

Ser. 3. An illud? Iud. vi. di. Do. minum. I. sa. 6. V. Dux alæ seraphim sunt intellectus & voluntas. VI. Vnde lapsus Luciferi?



Qui vetè Seraphinis est, duabus volat, pari- que remigio alarum contendit, intellectus & vo- luntatis: hoc perpende (monet) in terrestri illo Seraphino præcuratore Domini Ioanue Baptista, de quo prima veritas fert testimonium: quòd lucerna fuerit a duobus commendabilis, lumi- ne, & ardore. *erat Lucerna ardens & lucens*: erat intellectus eius lux non exigua, adeo respic- dens, vt verbum æternum in nostræ carnis dete- geret infirmitate, & venientem Dei filium ad- ner se, alios inter peccatores, qui baptizandi consue- rant, quasi de eorum esset numero, illum mani- festat, digito monstrat, qualis sit consistet, pro- loquendo: *Ece Agnus Dei, ecce qui tollis peccatū mundi*, si niliter erat & ignis ardens amoris, quo voluntas eius ita feruenter exardebat, vt si- cut Dominum intellectu super omnes noscebat: clarus, ita voluntate super omnes diligebat eum: ardentius: & instar lucernæ ardentis deficiebat, & se ipsum consumebat, vt nomen, cognitio, & auctoritas Christi manus sumeret in te: mentum: hoc etenim ipse declarauit, dnm ait. *illum oportet crescere, me autem minui. Qui post me venit, ante me factus est. cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamenti.*

Ab hoc magno discrimine fultit Lucifer (in- quit ille) lucerna fuit, sed tantum luxit sui cog- nitione intellectus, non arsit per amorem vo- luntatis, vnde non solum noluit minui ac de- crescere, vt faceret illud quòd ad illum specta- bat ad gloriam Christi, sed potius minui voluit, Christi gloriam, suam vt superbus auferet, & exaltaret. Docet hoc D. Bernar, quod illo prius docuerat Abbas Rupertus, & a lo loco decla- rauit: nimirum quòd quando in mundi pri- moordio Deus Angelos creauit, notum fecit illis: Incarnationis mysterium, in quo filius sibi eor- equalis naturam assumeret humanam, hec ratio- nem illis finemque huius operis haudquaquam declarauerit. Itaque illis obiecit filium suum fa- ctum hominem, iussitque vt eum tanquam Do- minum suum Deumque adorarent. Qui distin- ctius illum agnouit, & elatiorem de illo noti- tiam habuit, Lucifer fuisse dicitur, & sicut om- nibus erat naturæ dignitate superior, sic & gra- tia, dotibus omnes facile superabat, vt dilucide probat D. Thom. quocirca lucerna fuit ob cla- ram intellectus cognitionem, luce fulgens in- estimabilis: porro hæc ei causa fuit perditionis, quòd illam non sit, secus amor voluntatis ar- dentissimus, quo seipsum humilians per illum Christum exaltaret eiusque gloriam adangeret. Quinimo sicut Angeli boni, quamuis cognosce-

rent, quòd Christus secundum acceptam hominis naturam illis esset natura inferior, illum tamen vt Dominum suum Deumque humiles adorauerunt: Lucifer è contra, licet enim ob naturam diuinam Deum cognosceret, illum nihilominus floccifere- cit eius naturam considerans humanam Ange- lica natura longè inferiorem: & indignum esse censuit Angelo supremo vt Deum suum adorare hominem quantum ad naturam humanam longè inferiorem: quocirca sicut D. Ioan. se ipsum hu- milians, ac deiecit, vt Christi gloriam exalta- ret, ita Lucifer è contrario, studuit Christi gloria imminuere, vt sua sibi accresceret, seipsum illi anteposendo: Licet enim ex vna parte Deus ef- fet, ex altera tamen homo erat. Itaque luce, in- tellectus Christum præ ca ceteris euidentius cog- noscens, nec non personæ eius præ ceteris cel- situdinem admirans, eum præ ceteris vilioris, habuit, & illum intellectu cognosceus, volunta- te detestatur, ita vt ex eo tempore mortem illi optauerit, & perdere eum studuerit: quocirca cõ- festum omnes suas contra Christum intendit machinas, viresque impendit, vt mysteriũ eter- niter incarnationis: hæc enim, omnes alijs ea fuit ratio, cur tantopere humanam inficere na- turam assaborant, quia credebat, eam quod si peccato sedaretur, à Deo non assumendam: co- que animo contumax Christum a errino odio est persecutus. Itaque hinc eius ruina, hinc æter- na perditio, Licet enim Christum considerans eum admiraretur suo Christum intellectu cog- noscens tamen cognitionem intellectus, non sub- secutus est amor volun- atis, imo potius tam mortali deprauauit odio, & saeuissima in Chri- stum rebehe ne peruenit.

Hoc quod Luciferò contigisse credimus, & illis contigit vt filijs istius iniquissimis, patrem suum imitantibus, iuxta illud Saluatoris. *Vos ex patre Diabolo estis & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit.* Pater vester intellectu suo cognouit veritatem, at illi cum voluntate non adhaesit: In veritate non stetit: quia me cognosceus intelle- ctu, cum ei adiungere deberet comitem volun- tatem, & hanc cognitionem per amorem soli- dare, me odio habuit caute peius & angue, mor- tem mihi voris omnibus exoptauit qua de cau- si dici potuit homicida. Hoc idem vos agitis: me namque intellectu cognoscitis, & in tantum vt præ stupore nimio stetit attoniti, porro ipsa me voluntate detestamini. En tibi illorum ruina: *Diuisum est cor eorum*: diuisum habebant à vo- luntate intellectum: etenim intellectu realiter cognosce-

Ioan. 5.
VII.
Ioan.
Bapti-
sta Lu-
cerna
ardens
& lu-
cens.
Ioan. 1.
29.
Ioan. 3.
30.

VIII.
Luci-
fer
Chri-
stum
noluit
vt Deū
adora-
ret.

Ioan. 8.
44.

IX. cognoscebant Christi doctrinam esse admirabilem, eiusque opera adeo prodigiosa, ut aliter esse non possent, quin ipse esset Messias, unde in consilio suo, quod per vineæ figuratur agricolas, ut filij dixerunt, *Hic est heres*; voluntate verò odio illum mortali persequerentur, eo quod illum suis lucris & voluptatibus habebant addictissimam; unde intellectu suo admirantes quod videbant, & audiebant de doctrina Christi tantum aberat, ut illam humiliter recipere voluntate, ut non nisi eadem eius machinarentur. Quocirca verè sunt ambræ D. Joannis propositiones: *Mirabantur Iudæi: & querebant eum Iudæi interficere.* Hæc est iuxta litteram tua damnatio: subtili polles intellectu, sed prava voluntate: non bene hæc corinthe copulantur. Acrimonia ingenij optime discurrit, sed voluntas odio, cupiditate, ambitio, impudico affectu corrupta male sequitur. Quando concionem intelligis, longè diuersis ab intellectu voluntatem: quia cum eo solo frequentas templum, illi relinquens voluntatem ubi tu melius nosti, & illa detestaris, quidquid approbas intellectu.

X. Ita de se narrat D. Aug. quod illi eo tempore contigerit, quo suis in ranciam animæ pellebatur voluptatibus, dum Mediolani hæretet, magna animi delectatione frequens erat D. Ambrosio auditor: non modicam mihi (inquit) infundebat eius eloquentia lætitiâ; perorabat enim cum summa verborum elegantia, venustate sermones, mirandisque discursibus: Enim verò, quantum his delectabatur, & in stuporem rapiebatur intellectus, tantum displicebat, nauseabatque voluntati: unde ex eius sermonibus reuertebatur miratus, non conuersus. Sic & tibi contingit, accurris enim concionem ut comediam audirurus: nulla namque alia venis intentione præposita, quam ut paululum recrees intellectum, aliquid acutè dictum audiens, aut subtiliorem discursum, aut ænigma ingeniosè compositum. Verba fluida, sententiarum elegantiam: non verò ut voluntatem tuam ijs quæ audieris affigas tenaciùs. Hinc est quod tantum ijs attendas eo modo tempore, quo ibidem moram trabis; & illa in te faciant impressionè qualem fatetur D. Augustinus de se ipso: quod legendo Virgilium mortem desideret Regiæ Didonis: tantumdem tibi contingit audiendo comediam; vel libros fabularum euoluendo, ut supra modum illi puelle compatiaris, quam dicunt duris exceptam, & alteri, qui in roeneamentis casus corruit, at finis lectione, illius non recordaris amplius: quia nihil aliud intendeas, quam

tum aliquantulum oblectare mulcereque intellectu.

Idem tibi in concionibus contingit, inter illos, *4. 31. censendus de quibus Dominus Ezechiel: Au- Ezech. 33. dium sermones tuos, & non faciunt eos: quia in 31. canticum oris sui vertunt illos, & auaritia sua sequitur cor eorum.* Plurimum admiramini, & cretenus extollitis discursum, loquelam, elegantiam, & energiam prædicatoris: si cor longè ab illo distet: etenim pecunijs, voluptatibus, delicijsque occupatur. *Auaritiam suam sequitur cor eorum,* talis à D. Iacobo vocatur: *Auditor obliuio. Iaco. 1. 23. suus: qui audit, & oblitescit, sed sicut ibidem e. 11. XI. suum non habet, ilico perdit omnium memo. Cõtra tariam. In tales ut habemus ex Apostolo, propter les Deus eorum impietatem ac malitiam, ita Dei grauer irascitur. accenditur. Renclatur ira Dei de celo super omne Rom. 1. 18. impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Heu miras terribiles! Et quis coram diuina ira stabit intrepidus? Quis nouit potestatem ire tue, & pra timo. Ps. 89. 11. re tuo iram tuam dinumerare? Psallebat David, & merito: quia loquebatur expectus: dum enim seipsum coram illa stare pendit, omnia corporis illius ossa tremore collidebantur. Non est Ps. 4. 37. 4. sanitas in carne mea, à facie ira tua, non est pax ossibus meis. In quem hæc ira deservit? Super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Qui sunt illi? Illi quos diximus. Est veritas Dei, ea quæ animam replet, & cursum suum per totam illam habet: ingreditur in intellectum, illum illuminando, & transit ad voluntatem eam excitando. Ego sapientia effudi flumina etc. Dixi: Rigabo Eccles. 24. hortum meum plantarum. Si hortum feteres; 40. exquisitis vndeque ad recreationem tuam XII. plantis optime compositum, & ad illius irriga- Similitudinem, cisternam prægrandem effoderes, in da, quam aqua conflueret, quam inde deduceres, per totum hortum, arbores, herbasque rigaturam, quod si hortulanus aquam in cisternam magna sua delectatione colligeret, atamen in ea. conseruaret, nec hortum transire patetur, unde & totus esset iniquosus inftar campi ericis obstiti; nec non arbores omnes exarescerent: quid diceret? Mortalium nequissime: come animo tibi aquam concessi, ut eam in cisterna stagnante detineres: Animam tuam, dico Dei hortum, ad eam rigandum, doctrinæ suæ celestis fontem eo dirigit: eam in cisterna recipis intellectus tui, ut ex eo traufeat ad voluntatem, totaque anima his fluminibus irrigetur, illa in intellectu detinet, nec patens ut inde*

ad voluntatem decurrat: tantummodo praesens ades audiens intellectu, totus admirandus, & voluntas eadem qua prius ariditate languescit, nulla pietas, nulla mutatio propositorum, nulla virescit vitæ morumque correctio. Prouocatur Deus ad iram. Ergone hac mente fontem ad te deduxi sapientiae? quam grauius hic nobilem iritauer, qui currenti leuiori equo ac generoso in medio cursu laqueum iniiceret, quo fixus ita detineretur, vt cum nec vltra progredi pateretur: quid est veritas: equus est leuissimus, coram percurrens terram. Eo sensu declarat D. Greg. illa psalmistæ verba: *Velociter currit sermo eius.* Huic equo insidens Deus adest velut Dominus: studiū est intellectus & voluntas animæ: hoc autem agis: equidem permittis cursum suum incipiat stadium percurrat, & per intellectum discurrat, vbi illi malitiae tuae laqueum iniicis, quo innotum detines ne in stadio vltimus progrediatur, & ad voluntatem vsque perueniat. Lucidum gratumque tibi est quod praedicator de virtutis proponit excellentia, de virtutum enormitate, quam sit rationi consonum, vt tu vile prostibulum concubinatui renouies, & tu auti cupidissime facultates pauperibus ablatas restituas; deinde quam celeriter fragilis hæc vita transeat, fierique possit, vt te hinc in flagrantis delicto abripiat. Hic sistis, & hanc detines veritatem, ne ad voluntatem transeat, quam ibidem reliquisti vbi delicias tuas tuosque conseruas thesauros diuitiarum. Ab ira tibi diuinae caue maestatis.

§. 10. Eleganter declarat D. Ioannes illo Mirabantur, illud vatis Isaie: In vacuum laborauit: quod multi dicere possunt praedicatores.

35 **M**irabantur. Habes hic ad oculum in his effectum Christi praedicationis, quam admirabantur. Hoc mihi fixum est, quod D. Ioanni in mentem venit quoddam Isaie vatis oraculum, quod hoc factō declaratur Capite 49 incipit propheta ita distincte ad litteram de Christo vaticinari, vt Paulus, & Bernabæ argumentum suum sumpserint, ex illis prophetae verbis. *Dedit te in lucem gentium.* Primo Act. 13. 47 agit in persona & voce Redemptoris, qua ratione Pater eum caelestis in mundum miserit mundi saluatorem. *Audite insula, & attendite populi de longe: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meae vocatus est nomen meum.* q. d. id

quod nobis D. Ioannes ostendit impletum; referens, quod Christo in vtero virginali concepto Deus Pater studuerit eius nomen declarare, Iosepho asserens, quod sponsa sua vtero gereret grauidam, non de terra esset, sed vni genitui suus caelestis, operā conceptus Spiritus S. cui iam nato nomen imponerent Iesus: *Pariet filius, & vocabit nomen eius Iesum.* etc. Statim de diuina eius agit praedicatione: *Posuit os meum vt gladium acutum, & sicut sagittam electam.* Diuino suo me verbo instructum misit, vt ad omnes perueniret, & ijs qui longe: idcirco illud vocat gladium quo cominus ferimus, & sagittam, qua eminus. O quam frequenter Christus hoc lute gladio, quoties hanc electam misit sagittam: Verumtamen, dicite nobis Domine quem fructum retulisti? Respondet: nullum: *Ei ego dixi: in vacuum laborauit sine causa, & vane fortitudinem meam consumpsi.* De praesenti loqui videtur occasione. Quomodo ergo Dilectus tibi discipulus nobis dicit; tantæ verbum tuum fuisse virtutis; doctrinam tuam adeo sublimem, vt in vehementer raperes admirationem mundi sapientissimos, imo mortales tibi inimicos: *Mirabantur Iudei?* Non distior: porro hoc idem est, dum enim praedicator ex concione sua nullum alium refert fructum, præter admirationem in audientibus, & ob doctrinae præstantiam stuporem, vt sibi colloquatur: *Quomodo hic literas scit?* Stupete virum sapientem, admiramini praedicatorem eloquentem, eo loquente mella fluere videntur; & suis inhaerent iniquitatibus, suis in vitijs perseverant obfirmati: hoc tibi persuade, quod oleum & operam perdidit, postquam dicere, & ingemiscere: *In vacuum laborauit, sine causa, & vane fortitudinem meam consumpsi.*

O ratione captos, & peruersos auditores exclamat D. Chrylost, hanc expendens historiam; hanc eum solummodo referunt ex concione, quod admirantur, & curiosius inquirant; vnde praedicatori tanta verborum elegantia, tanta doctrinae profunditas? Si quis viator siti deficiens sedulo fontem aquarum quaereret, & superatis montibus, multaque periculis tandem in montis ei occurreret supercilio, quem conspicatus, gradum figeret, limpidas admiratus aquas, ebullientem suauiter scaturiginem, & nihil aliud illi curae foret, quam inquirere: Vnde manat hæc aqua? Per quos deducta tubos? quomodo sic in aëra profusa? O te mentis impotem: bibe, hoc namque tibi plurimum refert: omite vanas illas inquisitiones, & tanto fontem gustu bibe

I. Isaie de Christi vaticiniū explicatur. Matt. 1. 11.

H. In vacuū concionatur, qui tantum admirationem excitat.

Hom. 49. in Ioan. III. Similitudo.

bibe suaviori, quanto vides aquam esse mirabiliorē. Erat Dei fons fons celestis, cuius inquisitioni iusti omnes à mundi primordijs in-
fiterant: ipse namque solus fons nostram poterat extingvere desideriorum. Iam tot mileni effluerant anni, à quibus illum luerant: in seclā-

Zac. 13. 1.

Isa. 55. 1.

D. Aug.

Lib. 39.

in Exo.

2. 4. 3.

7.

9. 96.

Tom. 4.

IV.

Facien-

da Dei

lex vt

intelli-

gatur.

V.

Similitu-

do.

Ioan. 1. 9.

lux vera, que illuminat omnem hominem: quam claras emisit voces: Hac dicens clamabat Iesus in Ioan. 1. 9. templo dicens: si quis sitit &c. Quam altè vociferatus est: Nisi penitentiam egeritis omnes simul Ioan. 7. peribitis.

Modo cum D. Aug. verba illa capio, quæ Do-
minus ille ore Dauidico pronuntiavit: Laboravi
clamans, rauca facta sunt fauces mee. Clamavit
Christus fortiter, ita vt raucedinem contrahere,
& vox illi deficere videretur. Quid hoc rei Cur Chri-
(querit D. Aug.) quod Christus coram Hero-
de, multisque ab eo sermonibus interrogatus passione
obmutescens, non responderit? Interrogabat eum siluerit.
multis sermonibus obmutuit: Ipse nihil illi respon-
debat. Ab Pilati stans tribunal, & multifariam
multisque modis ab eo interrogatus tam alto
tacuit silentio, vt Præses miraretur vehemen-
ter. Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt
miraretur Præses vehementer. Quale hoc est Do-
mine tam elingite ac singulare silentiū? Nonne
tu Patris æterni verbū? Ne mireris (inquit Aug.)
etiam tam valenter, & tot clamavit diebus, vt
iam illi vox languere, & raucere videretur,
in illa præsertim decaesione, qua ratio silentium
suadebat: clamores edidit fortiores, quibus Iu-
dæos ab interno profundæ malitiæ suæ somno
excitare conabatur. Quid illi clamantem audi-
erunt: caput attulerunt, mirabantur Iudæi, ve-
runtamen in lecto suæ reclusionis obstinationis,
& de illo nunquam meliores surrexerunt. In
vacuum laborant, & vane feruitudinem meam con-
sumpti.

Hoc ipsum nobis liceret assumere, quod in
vacuum laboremus. Domus incendio cōflagrat,
clamat hic qui de foris ignem conspicit, lapidi-
bus fenestras fortis impetit, vociferatur: audit
illum qui intus habnat, talibus perterretur voci-
bus, admiratur id quod sibi indicatur: & nihilo-
minus quietus remanet & immotus, vnde ac-
creuit incendium, totamque domum in cine-
res redigit: triste infertunium dicit alter, Domi-
ne mi in vanum clamant, & omnem frustra
adhibui diligentiam. Quid hoc, numquid qui
intus latebat clamantem audiuit, & miratus
est? Vtique: verum hoc parū profuit, si non
sufficiens fuerit, vt eum cogeret de strato sur-
gere, & ad flammam accurrere properante
extinctorem. Incendio flagrat anima tua, con-
cupiscentijs impudicitijs, leuitatibus & cupiditatis.
Totus mundus in maligno positus est. Asserit
D. Ioannes & explicat D. Thom. In maligno, id est in malo igne. Quot tibi vocibus accla-
mamus? quot maior terremus? quot clamoribus
in primis.

16. 11.

VII.

Prædica-

tor etiam

in vanū

laborat.

VIII.

Similitu-

do.

1. Ioan.

1. 19.

In psal. 36.



bus inquietamus & excitamus? Audis nos, ter-
reris, admiraris, & quietus resides, nec de igne
cogitas extinguendo; quo tibi misera comburi-
tur anima. Inve merito dixerit: *In vacuum labo-
ravi, sine causa & vane consumpsi fortitudinem
meam.* Quam vinas effundebat D. Paulus lacry-
mas illud deplorans infortunium: *Times vos, ne
forte sine causa laboraverim in vobis.* O rem san-
guineis lacrymis deplorandam, tot tantisque la-
bores in vacuum abisse, quae immensi sunt boni la-
bores praedicatoris? quot vigiliae? quot studia?
quot librorum revolutiones? quot meditationes
praxiae eorum quae diebda sunt? quot ad Deum
orationes? quot cordis anxietates, vt locum il-
lum ascendat altiore? Et haec omnia in solam
evanescere admirationem doctrinae, nec vllum
alium emanare fructum? *Frustra laboravi in vo-
bis.* Et quid hoc tibi prodest, quod admireris, si
non vitra progrediaris?

Gal. 4. 11.

IX.
Praedica-
tor non
admira-
tionem
sed fru-
ctum at-
tendat.

D. Hier.
Epist. 2. ad
Neptol.
Tom. 1.

In Orat.
pro
Gal.

X.
In doctus
admi-
rationis
det.

Nullus vehementiori stupore creditur fuisse
attonitus, quam Pharaeo audiendo Moysen, &
Saul audiendo Samuelem, & Balthasat audien-
do Danielem, & eorum admiratio in grauiorem
eorum cessit damnationem, vt supra diximus.
Hoc autem intenditur, vt ipsa admiratio, dif-
cultum & philosophiam in te producat, quate-
nus vitam vitam emendes, & doctrinae conformi-
ter opereris. Hunc effectum oportet vt praedicator
prax oculis habeat, & non vt ab audicio
in admiratione habeatur, sed vt praesentes
conuertantur, ingemiscant, plerent, emittant
suspiria, & id quod docet D. Hieronymus: *Docente
te in Ecclesia, non clamor populi sed gemitus susci-
tetur: lacryma auditorum laudes tuae sint.* Nihil e-
nim (annuente D. Hieronymus) praedicatori faci-
lius quam populo provocare admirationem,
multa proferendo quae nec ipse, nec auditores
intelligant. Et hinc, ait, procedit, quod illi qui
minus norunt, magis auditores pronocent ad
admirationem, quia plura loquuntur, & tanto
maiori ostentatione & bombitu, quanto minus
id quod dicunt, intelligunt: *Verba voluere, & ce-
leritate dicendi apud imperitum vulgus admi-
rationem sui facere indoctorum hominum est.* Et re-
fert, quod magna cum admiratione vsque Ci-
cero narrat de Poeta omnium indoctissimo: pro-
dit hic in publicum oraturus, & auditorio pro-
ponit, quod de rebus esset dicturus: quam maxi-
mis, & profundioribus mysterijs, quae inter se
tractant ac disputant Euripedes, Menander,
Socrates & Epicurus; illo autem verborum ap-
paratu vulgus suspenderit imperitum: cum quid-
quid diceret, amentiam saperet, & propriam re-

ferret inuentionem: quia neque illi, quos nomi-
nabat se mutuo viderant vsquam, nec agnouer-
ant, nec locuti fuerant, imo centurijs annoru ab
iuuicem dilcreti vixisse referuntur: *Attrita fronts
interpretatur saepe quod nescit, & cum alijs persua-
serit, sibi quoque v superat scientiam.*

Circa hanc materiam concinnè disputat D. Chry-
stosto. illa D. Pauli verba peipendens, quae Epist. ad
Romanos: *Nolo vos ignorare fratres: Romanos.
quia saepe proposui venire ad vos & prohibitus sum
vsque adhuc vt aliquam fructum habeam, & in
vobis.* Primò considerat absconditum Dei iudi-
cium, quod volentem Apostolum Romam tea-
dere, Deus pro illo tempore tetardarit: rationem
non dicit, nec Apostolus examinat: fidelis ete-
nim seruus Domini sui non debet praceptum
examinare. Secundò: trunat quod ait D. Paulus,
quid sua praedicatione praetenderet: *Vt ali-
quem fructum habeam & in vobis: Non dixi (audi
Chrylostomum) vt doceam, vt instruam, sed quid
vt fructum habeam.* Ignoras praedictorem esse
feminatorem? quid praetendit feminator? nisi fru-
ctum? si huic non colligat, in vacuum labo-
rat, vireque consumpsit.

§. II. Echum efformat D. Ioannes multo fortio-
rem, quam Aegypti echum, ad verba Iu-
daeorum, quae illos conuincit, ex illo ipso quod
constitentur.

Quomodo hic litteras scis, cum non didiceris.
Audis quid illi dicant, & de quo admi-
rentur? Attendit D. Euangelista gestus
eorum ac modum agendi, qua attentione Chri-
sti doctrinam auscultarent, animo nocendi ple-
no, si verbum aliquod ex ore eius audire pos-
sent reprehensibile, seu dictum imprudenter:
erat autem doctrinae Christi tanta profunditas,
vt illi ipsi motus ostenderent non vulgares,
vultus torquetent, oculis nictarent, insecterent
supercilia, caput agitarent, & attoniti Christi
doctrinae praecellentia, ad iniuicem conuersi, ge-
stus ederent manibus, brachijs, vultibus, toto-
que corpore mutuo colloquerentur: *Quomodo
hic litteras scis, cum non didiceris?* Describit E-
uangelista processum, quem ipse exorsus est, &
aggresus, vt diuinitatem Christi confirmaret:
*Hae autem scriptae sunt, vt credatis, quod Iesus est
Christus filius Dei.* Enim vero nullam fortius
dici potest argumentum ad bonitatem ac di-
gnitatem alicuius adstruendam, quam proprij hoste
sui inimici testimonium. *Limata fortisque erat
fortius.*

Hom. 2. in
Epist. ad
Romanos.
Rom. 1. 13

108. 20. 31
1.
Testimo-
nium ab
nium ab
hoste
fortius.
Gigauit

Gigantis Goliath maculæ, verumtamen fuit illa quæ contra ipsum prævaluit. Ita lita Davidi manibus: etenim illi giganti caput an putavit de Dominica dicens. Hoc sapius agit Evangelista, ut Christi hec verba ex eorum ore deponit, ipse suo proferat, quibus illos redarguit, & iudicem Christi testatur probaque dimittat.

II. Hoc sapius virtur Euan- gelista contra Iudæos. *Joan. 11. 47.*

Cogunt concilium Christi necem machinati, & sacrilegâ perfidiâ suffragia colligunt aunte. *Hic homo multus f. et. Et. Et tandem omnes vivantes in Caipha Pontificis conspirant sententiam: Expedi vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Fortis hic est gladius, potensque sententia: quandoquidem per illum Christi Saluatoris decernatur mors acer- bissima. Porro D. Ioannes hunc manu sua gla- dium arripit, ille que Iudæos confodit, dicens: hoc ipsum esse quod redemptoris nostri eun- di potentem declarat virtutem, veraque esse ac stupenda Christi miracula quod ipsi eadem fa- cere videntur, & hanc de celo descendisse conclu- sionem: *Ita à semetipso non dixit, Et. sed quia Iesus mortuus erat pro gente, Et. & vi filios Dei cogit in unum.*

Sap. 17. 17. III. Echo formatur ex verbis Iudæorum. *Zach. 6. 9.* *Joan. 11. 47.* *Joan. 7. 31.*

Alias expeditio quod Spiritus S. testatur hoc videri inter alia Deum de Pharaone, & que Egyptijs iniquiorem retulisse victoriam, quando eorum ipsi usus est verbis, cum ex illis echum formavit; qua contra ipsos eadem que proferebant verba converteret: *Responsum de altissimis montibus echo, deficientes faciebat illos pra timore.* Hoc idem agit Spiritus S. cum obduratis illis: qui de verbis oris ipsorum echum effor- ma, qua illos conincit; & hoc intendit illis di- cere D. Ioannes. Nostis quis sit Christus: Homo qui suprema omnia novit mysteria, nec tamen illa in terra sub præte prote didicit: *Hic litteras fecit cum non didicerit.* I. recipit Dominus vati Za- charia, ut sumat ex ipso argento & auro, quod propriu erat inimicis Babylonijs, & ex illis dia- demata effingat victoriæ, quibus summi Ponti- ficis Iesu filij Iosede caput coronetur. Nūquid consultius foret ut illæ corona fierent ex argēto auroque, quod amici summi sacerdotis propriu possideant? Nequaquam. Vi magnum ad rem nostram indicaretur mysteriu: principalis enim corona, ad Christi triumphu celebrandū, ea est, quæ de argento auroque; cōstat, quod de mani- bus ac oribus educitur inimicorum, de eo ipso quod proprijs ipsi linguis confessi sunt, sicut dū dicitur: *Multa signa facit, Christus cū venerit nūquid plura signa faciet, quam qua hic facit: Verax es, &*

viam Dei veritate docet. Id quod Pilatus prote- status est: *Nollam causam invenio in hoc homine.* *Matt. 22. ex his in quibus eum accusatis sed neque Herod. 3. 16.* An quidquam de Christo dici potest gloriosus? *Luc. 23. 14* Quis clarior notiorque triumphus, quam quod ille ipse qui videtur fuit traditorque sanguinis, perirens eum iustum esse fateatur: *Peteau, tra- dens sanguinem iustum.* Quam quod ille, qui mor- tis in eum pronuntiat sententiam, la et manus suas, & publice prot: stetur se in eo nec magnū ali. vid nec parvum invenire ob, quod reus ius- te condemnetur? quam ut ipsum universale cō- cilium, quod illi sanguinis, processum intente, pionuntiet quod tam multa, tamque miranda patret prodigia ut illis ad sui sequelam mendū allicere queat universum? Quam quod ipse dia- bolus omnium machinator, & auctor, ipse di- cat eum iustum esse, in quem Iudici nullum competat ius damnationis: *Nihil tibi & iusto illi.* Proh coronam Christi gloriosam, expressam, liberam, non extortam confessionem inimico- rum.

Credidero huic convenire id quod sponsa 28. *Sponsus loquitur: Veni de Libano sponsa, veni de Li- Can. 4. 5.* *ban; veni, coronaberis de capite Amanu de vertice Saur, & Hermon, de cubilibus leonum, de monti- bus pardorum.* Congruè licet interpretari per sponsum Redemptorem nostrum eiusque san- ctissimam humanitatem, idque ex mente D. Aug. quem Tertullianus præcessit probaturque *Ep. 1. o. ad Hon. c. 6.* ex Isaia, apud quem ipse se Christus sponsum agnominat: *Sicut sponsum decoravit me coronā.* *Chri. 1. 30. & li. 3. de doct. Chri. 1. 32.* Et conformiter exponit D. Augustinus. Quod ipse sponsus sit & sponsa, de quibus loquitur in pa- rabola de virginibus: *Exierunt obviam sponso & Chri. 1. 32.* *Sponsa: qua phasi per multa cōtinētur mysteria.* Verū nos commuē sequamur sensum sponsam *Lib. 4. contra Marc.* Dei, Sanctam esse Ecclesia. Bis dicit: *Veni de Li- bano: hic Iudaismus indicatur, cuius excellentia præclarior erat templum, quod ordinariæ in S. I. 51. to. eloquio dicitur Libanus ob multam copiam li. Marc. 1. 25. t. qui Libani quod in eo erat: etenim bis Deus Iu- dæos vocavit: primò per Prophetas: Secundo: per semetipsum. Porro deus illum vocat: *Veni nec dicit vnde: quia Genium Ecclesia, testi- monem non habebat determinatam: vnde ve- nire debuit, sed ex mundo confluere debebat universis.* Verum in quem finem advocas spon- sam? *Veni coronaberis.* Corona capiti imponatur: *Caput Ecclesie Christus est: huic corona impo- nitur triumphalis, qua tota Ecclesia coronatur & triumphat.* Et vnde hæc corona Christo desumi- tur: *De capite Amanu, de vertice Saur & Hermon, de**

Ep. 1. o. ad Hon. c. 6.
Chri. 1. 30. & li. 3. de doct. Chri. 1. 32.
Lib. 4. contra Marc.
I. 51. to. Marc. 1. 25. t.
IV. Ex ini- micorum testi- monijs Chri- sti maior est glo- ria.

de cubilibus leonum: De capite crudelium inimi-
corum, capitalium aduersariorum, furentium
maledolorum; de eo quod atrocissimi eius ho-
stes ab ipsa veritate conuicti confessi sunt: ex eo
quod Iudas proditor prædicat, ex eo ipso, quod
ipse diabolus præconia voce vel inuitus atter-

Mat. 2. 14

atur: *Quid nobis & tibi Iesu Nazareno? &c. Scio
quis sis, sanctus Dei.* In singulari vero de cubili-
bus leonum ferocium, de montibus pardorum
crudelium, ex concilijs scilicet & congregatio-
nibus Doctorem ac sacerdotum: illi namque ipsa
veritate constricti, dignitatem fatebantur, &
præcellentiam Salvatoris. Licet autem hoc fre-
quenter fecerint, hodie tamen particulariter
præclara adeo confessione, quam attoniti & ad-
mirabundi pleno ore pronuntiant, dicentes: *Hic
litteras scit cum non didicerit.* Et ex illa conatur
D. Ioannes coronam Christo superponere illu-
strissimam: & merito quidem, quia ipso suo ore
fatur idem quod Christus de se dixerat, de-
clarans se verum esse Dei filium.

Ioa. 8. 13

Enarrat D. Euangelista, post hodiernum Euā-
gelium, quod illis Redemptor noster prædica-
rit, suamque diuinam aperuerit personam, dicen-
do: *Ego sum lux mundi.* Clarissimè horum intel-
lexerunt illi verborum energiam, vnde dedig-
nantes obiecerunt: non tolerandam hoc sapere
præsumptionem, de seipso hoc profari; & men-
dacium esse: *Tu testimonium perhibes de teipso,
testimonium tuum non est verum.* Vah proditores,
amantes, flagrones, an non videtis quod vos ipsi
ore vestro idem pronuntialis iudicium, dicendo.
Hic litteras scit, cum non didicerit.

29

V.
Duo contin-
ent
verba Iu-
dæorum.

Duo verbis his consistunt, & ita pro certodu-
cant vt ea abique vilo dubio sic esse supponant.
Primum: quod Christo inerat sapientia ter ma-
xima & profundissima, qua euictos docebat,
quodque hanc non haberet opinionibus dubijs-
que involutam, sed certâ scientiâ clarissimam:
Litteras scit. Secundum, quod eam ab alio non
didicisset: *Cum non didicerit.* Magnam habent
hæc verba energiam, q. d. scholas discipulus non
frequentant, magistros non colunt, libros non
relegit, nullam adhibuit addiscendo diligentiam.
Curiosè nimis totum vitæ Christi, decursum
persecutari fuerant, & constabat illis euidenter,
quod classes nunquam adijisset, præceptorum ty-
rannulus non subfuisse: quippe semper eum vi-
derant in domo S. Ioseph quem patrem eius
credebant, fabrilis tractantem. Ex D. Augustin.

Lih. 18. de
civ. c. 33.

Vi.
Diuersa

nota apud Iudæos diuersi generis Iudæmagistros
fuisse, sicut apud nos: quidam qui prima rudimen-
ta docebant, & sensum Grammaticalem

scripturæ quos dicebant *Grammato Isagogas*, & fuerunt
communitè vocabantur Scribæ, de quibus apud eos
mentionem facit D. Epiphanius in panatio & ana-
chephalosi. Alij vero, qui altiora & profundio-
ra profitebantur, qualis erat Nicodemus à Chri-
sto vocatus: *Magister Israel*, nouerant quia viderant,
quod eorum nullus didasculus Christum
instruxisset, nec cum eorum aliquo fuisset con-
discipulus. Quia verò quosdam inuenias, qui,
licet classes non frequentant, nec Iudæ magi-
stros agnouerint, attamen per semetipsos stu-
duerunt, libros euoluendo: fatentur Christum
nihil tale fecisse, nec libros habuisse, sed bipennæ
asciam, dolabrum, & cetera artis fabrilis vten-
silia: hæc enim omnia his verbis includunt: *Cum
non didicerit.*

Ioa. 3. 10

Deinde cum D. August. perpendamus, quod
nomen illud (*Litteras*) intelligi possit de primis
elementis, seu alphabeticis, q. d. qui fieri potest, vt In Chri-
stie tanta nouerit, cum probè sciamus, quod nec sto com-
rabulam in manus sumpsit, ita vt ab alio po-
pletum tuerit discere nemine? Hoc solum sufficiebat, vt est Mala-
Christum tanquam Messiam, verumque Deum eiaz va-
agnoscerent, quandoquidem apertè fateantur, in titulum.
illo completum Malachie vatis oraculum in
illa celebri promissione, quâ nemo ambipt de
Christo pronuntiatam: *Statim veniet ad templū Malac. 17.
sanctum suum Dominator, quem vos queritis, &
Angelus testamenti, quem vos vultis.* In Hebræo,
vox illa, cui respondet aduerbium, *Statim*, alia
est, quæ significat *Subito*: quod dicitur, quando
inexpectato aliquid apparet nulla præuia dis-
positione, vel præparatione, & præter spem om-
nium, sicut flores fuerunt & amygdala in virga
Aaronis in tabernaculo, quæ subito, & inexpectato
prodierunt, nullâ præmissâ diligentia, aut
naturali virtute, vnde cognouerunt vim: hæc di-
uinam aliquam latere, quæ hoc in virga Aaro-
nis operabatur. En tibi nunc impletum illud:
Subito veniet ad templum, &c. Apparebit factus
Magister de repente, nulla præiunctione nulla
classium dispositione, nulla studiorum, libro-
rumve frequentatione. An hoc tu confiteris?
confitere & illud, quod ipse sit: *Dominator
quem vos queritis, & Angelus testamenti quem
vos vultis.*

Ma. 17. 8.

Vt autem quod inceperamus prosequamur VIII.
verba resumit D. Ioann. ex ore eorum, & pro-
Eos D. positionem assumptam eis concedit, & vsus eo Ioannes
quod ipsi concedunt, eos vult conuincere: quid ex ore
dicitis? *Litteras scit cum non didicerit*; bona illa eorum
propositio, vos facit inquit D. Ioannes, proditor-
confundit- res, quia hoc quod pleno ore confitemini, id
ipsa

ipsum est, quod ipse dicere intendit, & hoc dicenti, ipsum ei negatis, & repulsiſtis: Ego sum lux mundi. De hoc latius die Sabbati, nunc tantum aduertat velim, quod nomen, quo S. Scriptura claris exponit Christi diuinitatem, sit sol; quid est sol: Corpus est tanto lumine resplendens, vt in se septem lucem corporalem comprehendat adeo splendida, vt tenebras dissipet, & de quo quæcūque lucida corpora lucem recipiunt: cœli, luna, stella, terra, aer, homines animalia: fons est lucis, de quo omnis in mundo lux dimanat. Quod si petieris: ex quo corpore lucem hanc suam accipiat? Respondes: de nullo, sed ex propria lux illi profluit natura ita vt ipse à nullo recipiat, & ab illo omnia.

Magister sit cœlestis veræque sapientiæ, quis D. AMBR. illam de cœlis præceptor adduxerit? Quia, asc. Lib. 2. de di in celum, & accepit eam, & eduxit eam de nu. fide ca. 4. labus? Et factis his inquisitionibus respondet. Hic Tom. 4. est Deus noster, & non est imitatur, alius aduersus. X. sum. Hic adiuuans omnem viam disciplinæ & tra. Deus au. didit illam Iacob puero suo, & Israel dilecti suo. Et om. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus con. nis sa. uerſatus est. Quis primus sapientiæ professor? quis p. entiz? eius inuentor? Deus: Hic est Deus noster: Ipe do. Baruch. 3. cui illam vt primarius & autestigianus dicitur 19. Iacob, Patriarchas, & Prophetas, & post hæc in terris visus est homo factus illi hominibus pro. ponens, ita vt omnes illam ab eo hauserint, & ipse de nemine. Quis est hic? Hic est Deus noster, hic adiuuans omnem viam disciplinæ. Itaque iudas (profeto D. Ambr.) cum doctrinam eius secundum nomen quereret, vt dicerent: Quomodo hic li. teras nouit, cum non didicerit, &c. Nam cum sim eruditionis literarum doceat, non quasi homo, s. d. potius vt Deus videtur docere, qui doctrinam non didicerit, sed innuerit. Itaque quod ipsi fatentur, sibi hoc assumit D. Ioann. contra illos ipsos, ex proprijs verbis cæcam cori redarguens probans. que ma. itia, quandoquid illud ipsum, quod illi verbis fatentur, eos obstringat, vt Christum tā. quā Messiam, verumque Deum agnoscant. Hæc Phraſi Deus videtur contra peccatores, sicut vsus est contra seruum illū acediosum: quia illas ip. sas rationes, quibus ille suam tegete conabatur negligentiam, conuertit ad eius condemnatio. nem: De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas, Luc. 19. quia homo austerus sū, &c. Die mihi charissime, 22. cur poenitentia operibus non incumbis, cur non XI. rennoias concubinaui, cor male parat non re. Ex ore stitimus? Domine: quia tempus mihi sufficit, & sa. proprio nis sum & integræ valetudinis. Per hoc ergo peccator te ipsum redarguo: Ex ore tuo te iudico. Eo iplo, arguitur. quod tibi nunc tempus affulget, agendum est. hoc. etenim ad hæc te me nec Apollolus: Duo Gal. 6. 10. tempus habemus, operemur bonū, &c. Vt quid illud procrastinas, vsque dum tibi fuerit importunū vt quid dum te grauet infirmitas, sensus pertur. bentur, lethargo caput obstupescat, intellectus hebetetur, dolor & anxietas locum non dent ea quæ dicere, quæ facere debes cogitandi? Dico mi. frater, vt quid tot laboribus, tot curis anxia. ris, vt nec alijs quā facultatibus attendas? Do. miue vt obtineam, quo tandem satur conquis. cam. Imo ob hoc ipsum dico tibi, vt pusillum à terrenis illis negotijs conualescas, & rectetur anima tua: quam tot sollicitudinibus excitas & coangustas, vt ijs consulas, quæ tibi veram

30. Habes hic quid de Christo sit sentiendum, D. AMBR. quod, scilicet, si diuina sapientia, inquit D. An. b. Lib. 2. de In Dei sapientiam non cedit, ut instruta sit alic. fide cap. 4. rius disciplinæ, cū ipsa disciplinæ non omnium tra. Tom. 4. diderit instruitum. Ipe est, qui lucem impertit IX. doctrinæ omnibus Angelis, & Archangelis su. premisque omnium Seraphinis. Vnde sic eum vidit D. Ioa. vt agnum, qui cœlestē illam illumi. nabat ciuitatem. Lucerna eius est Agnus. Ipe illā infudit Prophetis, Patriarchis, Apostolis, Euan. gelistis, doctoribus, hoc enim per Salomonē decla. rat. Ego sapientia effudi flumina. Ego quasi trames aquæ immensa de fluuio, &c. quoniam doctrinam quasi antelucanā illumino omnibus, q. d. quod sit fons perennis, ex quo rini omnes scaturium sa. pientia, & sicut clarissima lampas de se lucē dif. fundit: disciplinæ, qua cunctos illuminet: de hoc sole, aptius quā de corporali illo po. est intel. ligi, quod ait Spiritus S. Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenus est opus eius. Op. timē Spiritus Dei: loquitur. Dominus dat sapien. tia, & ex ore eius prudentia & scientia. Quod h. quæsieris. Vnde sibi illam comparauit? A quo re. cepit? Respondet: a nemine, sed à seipso, & à di. uina eius natura illa profluit, & nascitur. Natura enim insuit in Deo omnia bona: loquitur D. Cyril. D. CYRIL. Alex. Quare non forissecus sapientia in eo est, imo Alex. v. ro ipse est fons sapientia, ipse proprie ac singula. Lib. 4. in Ioannē c. viter sapientia est, cuius participatione quæuis ra. 41. nā si. tionalis creatura sapiens dicitur. Exemplum ad. ducit de igne, qui omnia calefacit, ipse verō à nullo alio calore recipit, quā ab ipsa sua in. trinseca natura. Hæc est Christi prærogatiua, hæc dignitas, quam ipsi vel inuiti profitentur, quaque vera eius diuinitas asseritur. Eo modo declarat illam Propheta Baruch, vt patet ex D. Amb. ponderante hæc verba Iudæo. rum. Inquirat vates & in quæstionem veritatis, quis, Hieron. Bapt. de Lazara Tom. III.

Magister sit cœlestis veræque sapientiæ, quis D. AMBR. illam de cœlis præceptor adduxerit? Quia, asc. Lib. 2. de di in celum, & accepit eam, & eduxit eam de nu. fide ca. 4. labus? Et factis his inquisitionibus respondet. Hic Tom. 4. est Deus noster, & non est imitatur, alius aduersus. X. sum. Hic adiuuans omnem viam disciplinæ & tra. Deus au. didit illam Iacob puero suo, & Israel dilecti suo. Et om. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus con. nis sa. uerſatus est. Quis primus sapientiæ professor? quis p. entiz? eius inuentor? Deus: Hic est Deus noster: Ipe do. Baruch. 3. cui illam vt primarius & autestigianus dicitur 19. Iacob, Patriarchas, & Prophetas, & post hæc in terris visus est homo factus illi hominibus pro. ponens, ita vt omnes illam ab eo hauserint, & ipse de nemine. Quis est hic? Hic est Deus noster, hic adiuuans omnem viam disciplinæ. Itaque iudas (profeto D. Ambr.) cum doctrinam eius secundum nomen quereret, vt dicerent: Quomodo hic li. teras nouit, cum non didicerit, &c. Nam cum sim eruditionis literarum doceat, non quasi homo, s. d. potius vt Deus videtur docere, qui doctrinam non didicerit, sed innuerit. Itaque quod ipsi fatentur, sibi hoc assumit D. Ioann. contra illos ipsos, ex proprijs verbis cæcam cori redarguens probans. que ma. itia, quandoquid illud ipsum, quod illi verbis fatentur, eos obstringat, vt Christum tā. quā Messiam, verumque Deum agnoscant. Hæc Phraſi Deus videtur contra peccatores, sicut vsus est contra seruum illū acediosum: quia illas ip. sas rationes, quibus ille suam tegete conabatur negligentiam, conuertit ad eius condemnatio. nem: De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas, Luc. 19. quia homo austerus sū, &c. Die mihi charissime, 22. cur poenitentia operibus non incumbis, cur non XI. rennoias concubinaui, cor male parat non re. Ex ore stitimus? Domine: quia tempus mihi sufficit, & sa. proprio nis sum & integræ valetudinis. Per hoc ergo peccator te ipsum redarguo: Ex ore tuo te iudico. Eo iplo, arguitur. quod tibi nunc tempus affulget, agendum est. hoc. etenim ad hæc te me nec Apollolus: Duo Gal. 6. 10. tempus habemus, operemur bonū, &c. Vt quid illud procrastinas, vsque dum tibi fuerit importunū vt quid dum te grauet infirmitas, sensus pertur. bentur, lethargo caput obstupescat, intellectus hebetetur, dolor & anxietas locum non dent ea quæ dicere, quæ facere debes cogitandi? Dico mi. frater, vt quid tot laboribus, tot curis anxia. ris, vt nec alijs quā facultatibus attendas? Do. miue vt obtineam, quo tandem satur conquis. cam. Imo ob hoc ipsum dico tibi, vt pusillum à terrenis illis negotijs conualescas, & rectetur anima tua: quam tot sollicitudinibus excitas & coangustas, vt ijs consulas, quæ tibi veram

A a adferre

Yf. 13. 9.
 1. Theſſal.
 4. 11.

adferre poſſunt quiete laudi ſuadet David: *Vacante & videte, quomam ſuavis eſt Dñs.* Audi hortantem & precantem Apoſtolum: *Obſecro vos fratres, ut quieti ſitis, & veſtrum negotium agatis.* Dic mihi, Domine cur Sancta ſacramenta non frequentas, tam tardus ad confeſſionem, ita tardus ad communionem? Domine, mille diſtrahor occupationibus, ut illis me nequeam expedire, & familiae meae labores in tantum exerceverint, ut eos perſuadere ſit impoſſibile. Porro hoc idem tibi inculco: cum enim laborum morum tantus ſit emulus, & curae tuae multiplicatae ſunt nimis:

(a) *nunda*
ſe coſta.

illo indiges adminiculo (a); quanto enim gravius curis pondere premitur, tanto necesse est oleo rotas intungi copioſiori. O ſtultos, & ſine ratione capti! Non recte exigentes (inquit Spiritus S.) illi qui nicebant, quia vitae tempus modicum eſt, illud volebant integrum vanis dare voluptatibus. *Exiguum eſt cum radio eſt tempus vite noſtra: venite frumitur bonis, &c.* Imo hoc ipſum te condemnat: cum enim tam brevis ſit, non hoc illis dilapidandum, ſed illis inſudandum, ad quae tibi à Deo concedi uti: atque ex illo principio confequentia cum Apoſtolo cſcienda contraria. *Hoc itaque dico fratres, tempus brevis eſt, reliquum eſt, ut eſt qui habent uxores, tanquam non habentes ſint, &c. qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non poſſidentes, &c. praeſertim enim figura huius mundi.*

Sap. 2. 1.

1. Cor. 7. 29.

§. 12. *Mea doctrina. &c.* Dicit hoc ſecundum quod Deus eſt, eo modo quo declarat D. Aug. & ſecundum quod homo, eo modo quo ſponſa varijs figuris, & D. Ambroſ. de tunicâ inconfuſiſ.

31

Ceterum videamus quid Dominus reſpondeat: *Mea doctrina non eſt mea ſed eius qui miſit me.* Sententia haec ſupra modum ſuas patitur difficultates tamque intricata S. Patris tribus viſa eſt, ut D. Auguſtinus quamo e. m. profundius perſcrutabatur, tanto difficilius intricabatur; unde non ſolum ſolum attentionem ab audientibus expoſcit, ſed praecipue orationum ſuffragia, quibus Deum deprecemur, illi lucē inſundat, ut illam cum intelligat, tunc explanet. Idem facit D. Chryſoſt ac venerabilis Beda. Prima haec occurrit difficultas, ex mente D. Aug. quod cum Ho. 40. in tam pauca ſunt verba ſalvatoris, ſibi videntur *leam. T. 3.* contradicere, & ipſemet quod prius dixerat: *in hunc* vocare, imo ſibi ipſi repugnare. *Non dixit, iſta do-*
locum.

*Doctrina non eſt mea, ſed mea doctrina, non eſt mea. Quam dixit ſuam, tandem dicit non ſuam. Quomodo idem euſdem poſſe eſſe & non eſſe? Quare D. Chryſoſto. nulla eſt apud Philoſophos verior propoſitio, quam ea quae eſt identica: Ego ſum ego: Petrus eſt Petrus, & per confequens nulla falſior, quam quae hanc negat identicâ. q. de ego non ſum ego: album non eſt album; & talis quaeque haec videtur: *Mea doctrina non eſt mea.* Secundam difficultatem perpendit D. Chryſoſt. in eo quod Dominus addit: *Sed eius qui miſit me, Domine, nome tu dixit: Omnia mihi tradita ſunt à Matt. 11. Patre meo.* Et iterum dñi Patrem alloqueris ſic ais: 19. *Omnia mea tua ſunt & tua mea ſunt.* Si igitur Ioa. 17. 17 iſta doctrina Patris eſt, eadem ratione inferre debueras, & mea eſt, & non id quod infero adcirco non eſſe tñâ, quia Patris eſt. Inſuper ea de cauſa perſidus haereticus Arius haec ſibi ſententiam aſſumpſit, ut errorem ſuum mordaciter aſſereret, quod filius minor eſſet Patre, & eſſe haberet, ab eo diuerſum ſubſtantiam diſtinctam & naturam; teſtibus D. Amb & D. Aug. Licet ad horum Lib. 2. de verborum expoſitionem egregios plane S. S. Pa. ſide ca 4. tres conceptus exponant, & mirabiles producant & 1. c. 2. interpretaciones; omnes tamen ad duas renocâ. Lib. 1. c. 2. tur. quae ſtylo ſubtiliori proſequitur D. Auguſt. 2. de Trin. ſupponens operoſas eſſe, quâs Chriſtus dixit de Lib. 1. de ſe, ſententia: in dubium enim vocari poteſt, an Trinit. loquatur de ſeipſo in quantum Deus eſt, vel in 11. quantum homo: praeterea autem, quod ſi utro. Sententiae que modo poſſunt intelligi, praſtat, ut utro. Chriſti de que modo exponatur. Et talis, inquit, haec eſt: ſe duplici *Mea doctrina, non eſt mea:* Explicantem hanc au. modo diam s. Auguſtinum. *Sunt quaedam in libro ſan. explicanti ita poſita, ut ambiguum ſit, quomam referentur. da ſint, utrum ad illud, quo propter aſſumptam D. Auguſt. creaturam minor eſt filius, an ad illud, quo quantum Tom. 3. aequalis, tamen quia de Patre ſit, indicatur. Et nihil quidem ſic videtur, ſi eo modo ambiguum eſt ut explicari diſcernique non poſſit, ex utraque regula ſine periculo poſſe intelligi ſicut eſt quod ait. *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me.* Nam ex forma ſerui poteſt accipi & ex forma Dei, in qua ſic eſt Patri aequalis, ut tamen de Patre ſit.**

Hic igitur primus eſt ſenſus, ut loqui cenſetur Chriſtus in quantum filius Dei naturalis, ve. Explicatur haec III. litoque verbis illis profundius S. S. Trinitas indicare ſententia le, & hoc verè ſuum eſt porro non hoc habeat à ſe forma ſemetipſo, ſed à Patre per æternam ſibi communem Dei. nificatum generationem. Idem de diuina eius ſentimus ſcientia: eius eſt, verum illam à ſeipſo non habet ſed à Patre accepit, de quo procedit:

In



D. Avv. In Dei quippe forma (docet D. Aug.) sicut non est
 Lib. 1. de aliud filius, aliud vita eius, aliud doctrina eius, sed
 Trind. ipsa doctrina filius est: ac per hoc sicut id quod dicitur
 Tom. 8. est: Dedit filio vitam non aliud intelligitur, quam
 genuit filium, qui est vita: sic etiam cum dicitur:
 Dedit filio doctrinam, bene intelligitur, genuit filium,
 qui est doctrina, ut quod dicitur est: Mea doctrina
 non est mea, sic intelligitur ut dicitur sit: Ego non
 sum à me ipso, sed ab illo, qui misit me. Quia doctri-
 na Patris. Quærit idem D. Aug.) nisi verum Patris
 Tract. 29. Ipse ergo Christus doctrina Patris, si verum Patris
 in Ioan. sed quia verbum non potest esse nullius, sed alicuius,
 Tom. 6. & suam doctrinam dixit: semetipsum, & non suam,
 quia Patris est verbum. Quid enim tam tuum est quæ
 in? Est quid non tuum quam tuus alicuius est, quod
 est? Profundam hic veneror interpretationem, &
 secundum illam divinam suam illis personam
 voluit Christum indicare, & hoc quod ipsis in hoc
 sermone respondit, quando dicentibus illis:
 Ioan. 7. 28. Hunc nescimus unde sit: illis ait: A me ipso non ve-
 nis, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis: ego
 scio eum, quia ab ipso sum. & ipse me misit. Hic sen-
 sus est mirabilis, & illo præmissio divine Iudæo-
 rum referat malitiam, dum quærent. Quomo-
 do hic litteras fecit, cum non didicerit? De quibus
 postmodum.

Explicatur ex forma serui.
 IV. Secunda explicatio est, quod Christus de se
 loquitur in forma serui q. d. meam doctrinam
 quæ habeo, & doceo, non de mea recepi humani-
 tate quæ vos videtis, nec eiusdem acquirui vitibus
 ac diligentia, sed à divina habeo natura, quam à
 Patre accepi, quam vos nec agnoscere vultis, ne-
 que confiteri. Præsupposito hoc sensu loquitur
 Pfs. 55. Christus cum Davide: In Deo laudabo sermones
 meos: Quæramus hic D. Aug. interpretationem. Si
 D. Av. in Deo, quare meos? Et in Deo, & meos. In Deo: quia
 Tom. 8. ab eo ipso: meos quia accepi. Ipse voluit meos esse,
 qui dedit, amando eum cuius sunt: quia ex illo mihi
 sunt, mei facti sunt: unde enim panem nostrum quoti-
 dianum da nobis hodie: quomodo nostrum quomodo das?
 Ab illo petendo non eris vacuus, tui confitendo non
 eris ingratus: si enim non dicas tuum, non acceperis,
 rursum si dicas tuum, ita quasi à te se, cum dicit
 tuum, amittit quod acceperat: quia ingratus es illi,
 à quo acceperas. In Deo ergo laudabo sermones
 meos: quia ibi ipse est fons sermonum verorum: meos
 quia sciens accessi, & libi. O bonum prædicatorem,
 qui non prædicat nisi sermones Dei, primo quia
 illos suos fecit applicando illos sibi, illos imitar
 apicula, digerendo, quæ rorem colligit, cumque
 celesti virtute digerit, primo illos proprios
 facit ostendens illos in semetipso complectens
 penitus.

Hunc intellectum data opera prosequitur D. Lib. 2. de
 Aug. & D. Amb. q. d. Dominus inquit D. Ambr. T. in ca. 2
 Mea doctrina non est mea, id est, non est secundum ad finem
 carnem meam: quia quæ divina sunt, non sunt car-
 nis eloquia. Deinde claritè illa explicat per alia D. Amb.
 Lib. 5. de verba Dominus, quæ dixit duobus illis fratri-
 bus, manum dexteram sinistramque postulanti. sic e. 7.
 Tom. 2. but, Calicem vicium biberit, sedere autem ad dex-
 teram meam vel sinistram non est meum dare vo-
 bis. Pondera cum D. Amb. de alicui, quem dixit
 suū esse: Calicem meum: poro primum conce-
 dere sessionis in cælo, suū non esse; Non est meū:
 quia de se loquebatur in forma hominis, cui
 proprium est bibere calicem tribulationis, pec-
 nas perpeti, & à quo alicuium sit primas in cælo
 cathedras impetiri: Loquebatur secundum for-
 mam serui secundum quam, vocat calicem meum: L. 5. de s.
 quia cum bibere ei conveniebat secundum formam
 serui, ut calicem dicit meum, id est passionem car-
 nis meæ, sed non meum, id est eiusdem carnis dare
 vobis sedes: quia non erat eius, secundum quod hu-
 manam conditionem habebat sedis supernæ confor-
 tia dare. Declarat eodem modo D. August. alias
 duas sententias à Christo prolatas, quæ sibi
 mutuo videntur repugnare. Pater non iudicat
 quemquam, sed omne iudicium dedit filio: Et a-
 liam. Si quis audierit verba mea, & non custodie-
 rit ego non iudico eum. Circa quæ per amplè dis-
 putat D. Aug.

Itaque iuxta hanc interpretationem vult Chri-
 stus dicere: Mea doctrina non est mea, secundum
 hominem, etenim humana non est, nec ab homi-
 ne accepta, sed ex divinitate mea dimanavit,
 quæ ex Patre meo procedit, quem in me ipso
 possideo: Intus in me habeo magistrum, qui mi-
 hi sapientiam infudit, & est pectus meum scho-
 la quædam, in qua ipse me docet, ut necesse mi-
 hi non sit foras egredi, & alium adire præcep-
 torem. Hoc non parum congruit illi, quod Da-
 vid ait, & D. Aug. dictum intelligit de persona
 Christi. Oratio mea in sinu meo convertetur. Vi-
 dentur D. Augustino verba obscuriora, & ait:
 In hoc plane versu, magnus sinus est, præsertim Domi-
 nus, ut penetrabilis nobis sit. Optimo iure, den-
 set ille, hoc dicere potuit Christus: ut eum ali-
 quid, à Deo consequeretur, non opus erat ei extra
 se querere: quia in seipso Patrem suum habebat,
 unde nihil ei aliud agendum incumbere, quam
 orationem suam in sinum suum convertere, in sinu suo
 quo Pater æternus residebat: In sinu meo oratio
 mea convertetur: hoc intelligo dictum: quia in
 sinu suo habebat Patrem: Deus enim erat in Chri-
 sto, quodammodo recipere sibi. In se habebat, quem
 deprecatur.

deprecaretur, non erat ab illo longe, quia ipse dixerat: Ego in Patre, & Pater in me est: Eodem modo declarant ea sem verba D. Hier. & Rufin. quos sequitur D. Remigius, voluit ergo dicere. Non est quod extra me queras magistrum, qui me docuerat, intra me habeo me docentem, proinde mea est doctrina, cum illam habeam, & non est mea, quia ex mea mihi non nascitur humanitate, quam patre oculis videtis, sed ex Patre meo, qui mihi dedit divinitatem, & ipse est qui me misit in mundum.

¶ 33 Eleganter valde hanc Theologiam exposuit divina sponsa, divini sponsi describens qualitates. *Qualis est dilectus meus? Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum, coma eius sicut elata palmarum, nigra quasi corvina.* Ut fundamentum ponit omnibus quae sponsus habet quod candidus sit & rubicundus: sunt haec qualitates, quae aptissime declarant, qualis est Christus, nimirum Deus & homo.

VI. Albedo color est caeteris omnibus palmarum coloribus eripiens, eo quod ex luce multum participet, in tantum ut in S. litteris ad declarandum aliquid esse fulgens ac splendidum, dicatur esse album. Ita quod unus Evangelista scribit quod in resurrectione. Domini apparuit Angelus: *In vestibus candidis, dicit a ter i in veste resurgenti.* Et de gloriosa transfiguratione Domini dicit D. Mattheus de vestimentis Christi: *Vestimenta eius facta sunt lucida.* Luc. 24. 4. sicut mixti: D. Luc. dicit: *Vestitus eius albus & resplendens.* Et sic intelligi potest de Angelis post ascensionem Domini apparentibus: *Albi ut duo.* Act. 1. 10.

VII. Albedo color primus est. Hic etenim ista definitione declarat albedinis: *Color disgregans visum, & ipsa te docet experientia, quando fixa oculorum acie in eum intueris candidiorem.* Color rubicundus magnum signat calorem, & subiectum igneum: unde vocant aliter rubedinem *suspensum colorem*, quod malignitatis instantia, mutabilitatis, inflammationis, mobilitatis esse dicitur indicium. Hinc est, quod calor albus eleganter veram exprimat divinitatem, cui proprium sit lucem esse purissimam, Deus lucet, & tenebrae in eo non sunt. Luc. 1. 7. *Lucem inhabitat inaccessibilem.* Proinde ad denotandum naturalem veramque divinam sapientiae divinitatem, quae est ipse filius Dei Spiritus S. nomen illi candoris imponit. *Candor est lucis aeterna.* Eodem modo color rubicundus

Rubedo

nostram designat humanitatem, quae sanguine nutritur & propriis exardescit concupiscentiis, adeo mutabilis, & inconstans, ut nimirum in eodem statu permaneat. En tibi Christi mysterium albi & rubicundi. Albedo in sua puritate tenebras abducit, rubedo, si pura sit, effendit, porro una alteri permixta colorem reddidit perfectissimum, dum enim rubedo nimium albedinis luce attemperat, ut fixis oculis eam liceat intueri, & albedo rubedinis temperat ignem, ex utroque colore resultat alius venustissimus, suavissimus, oculisque gratissimus, qui cor mirum in modum exultat.

Christus albus quia Deus est rubicundus, quia homo, tam mirabili utriusque commixtione formosus, ut lucem divinitatis infinitam moderetur humanitas, quatenus eam possumus intueri, & humanitatem perficit divinitas, ita ut cum ipsa tot ex se deficiat mala subiaceat, quandoquidem igne flagret ardentissimo concupiscentiae, cum sit adeo mutabilis, volatilis, vana, ino culus vanitatum, teste David, in Christo propter unionem cum divinitate reddatur perfectissima, purissima & omnigenis gratijs, donisque formosissima, sic ut nec alienius defectus sit in ea reperire vestigium: ita ne divinitas sit humana, quae habitat in nobis, & humanitas divina, quae caelestes spiritus transcendit universos. Dixit commixtio, non quod ea hoc in mysterio propria reperitur, sic ut amarae naturae confundantur, & quaedam resuliter tertia, a duabus illis distincta: non enim talem inveniri probat egregie Theologorum dux D. Thom. & egregie contra haereticos docet D. Damascen. in hac verba. *Ex duabus perfectis naturis divina & humana dicitur unioem factam esse non secundum mixtionem, ut a Deo repulsi, inquit Dioscorus Eutyches, & Seneca, rursus & eorum scelerata conors. Non commixtionem.* Li. 3. *fidei passus canit Ecclesia, sed quia sumendo aliquid ex eo quod sit quando duo commiscuntur, eleganter declarat hoc mysterium: & ea de causa nonnulli SS. his terminis videntur mixtionis, hoc exponentes mysterium, ut D. Pet. Chrysol. Quia humanitati permixta deitas dicitur associata pietatis miscuit hominem & Deum. Et nisi me falsis memoria, ipsidem videntur D. Irenaeus & D. Augustin.*

Est igitur, inquit illa, *Dilectus meus candidus & rubicundus, q. d. Verbum caro.* Deus & homo verus, unione tam inestabili, ut ex ea nascatur, quod sit electus ex millibus, q. d. Est reliquus omnibus multo gratior, multoque formosior. Christi declarat inter omnes praedestinos praerogativam,

34 Cant. 5. 10

Rom 2.13

Coloss 1. 15. 18.

XI. Diuinitas in Christo caput aurum optimum.

(2) De regnie y quatio quibusc.

XII. Capilli sunt dona gratiarum.

Ioan. 1. 14.

XIII. Elata palmarum sapientia prefe- runt.

tiuum: profundum sane mysterium, quod Apo-
 stolus inuicauit: nunc illum appellans: *Primo*
genitum in multis sicut in modo. Vnde genitum
omnis creatura: alias, ut in omni ipse primum
tenens. Quod D. Thom. sapientia puteus inex-
haustus sapienter exponit. Dixit autem hoc in
communi de celesti suo sponso, quo totum hoc
bonum in illo comprehendit, quod celo solo-
que continetur. Transgreditur, ut eius in parti-
culari pro parte perfectiones singula eius mem-
bra describens notansque perfectiones. Quia
vero in homine caput emittit principale, vice
fundamentum, & in quo resident eminenter
omnes sensus, ut pater ex D. Thom. ob quam
rationem philosophi dixerunt, caput in homine
esse, id quod radix in arbore, à capite eius lau-
des exorditur: Caput eius aurum optimum, q. d.
aurum purificatum, primum obrizum, purissi-
imum(a) pretiosissimum: Caput Christi Deus est,
q. d. Totus boni fundamentum vitæ, essentia, &
actio in Christo diuinitas est. Et asserit au-
rum esse optimum & purissimum, ut significet
diuinitatem non esse permixtam, fictam, adul-
teratam, furto raptam qualis erat omnis illa
Deorum diuinitas, quos mendax introduxit
gentilitas. Hic considera, quid tibi sit consti-
tendum ut fundamentum & radix eorum, quæ
in Christo meditaris.

Caput hoc non caluum est, non corosolum,
 non desertum, hoc etenim maxime dedecret,
 sed ex eo capilli nascuntur innumeri: *Coma eius*
sicut elata palmarum. Dona gratias, & perfecti
ones refert de diuinitate germinantes, & in illa
sacratissima humanitate sicut capilli de capite
prodeuntes. Hoc autem D. Iohannes declarat,
qui postquam dixerat: Verbum caro factum est,
subiungit Vidimus eum plenum gratia, & verita-
te. De cuius plenitudine nos omnes accepimus.

Singulariter autem hac metaphora declarate
 voluit cælestis illa sponsa sapientiam, doctri-
 namque & Saluatoris, quæ per capillos optimè
 designatur, qui de capite pullulant: ex illo nam-
 que procedit discursus, doctrina, consilia, &
 quicquid ad sapientiam pertinet. Dno de capil-
 lis illis commemorat. Primum: *Coma eius sicut*
elata palmarum. Aliqui per Elatas, ramos intel-
ligunt palmarum quæ dicuntur, Elata quasi e-
leuata, symbolum victoriæ. Capiant alij ramos
dactylozum, qui in vertice nascuntur palmarum,
sicut ex eius capite, qui sunt velut arboræ, in
quibus dactyli dulces reconduntur sicut in co-
operculo. Secundum, quod sunt capilli nigri, ut
corni quod in vulgari nostro idiomate suppo-

rimus pro omnium nigerrimo: Nigri a quasi co-
 nui. Per hoc doctrina Christi prædicat excel-
 lentiam est enim altissima, quia de vertice capi-
 tis sui, de Diuinitate nascitur, & primo, est velut profundum
 palma victoriæ signum: illa namque totum sibi tatem
 mundum, totum subiungabit profermetque in-
 doctum: illa quoque dactylos profert cele-
 stium Sacramentorum, mysteriorumque dul-
 cissimos. Secundo: nigra est & obscura ob
 nuntiam profunditatem, in tantum, ut stipe-
 faciat & mundi sapientissimus videatur obscuris-
 sima.

Hinc illa admiratio in illam audientibus, ut
 Nicodemus eam de baptismo percipiens quasi
 raptus interroget: *Quomodo possunt hæc fieri. Si-*
militer magistri doctores, & nonnulli eorum,
qui celestis huius Doctoris classes frequenta-
rant illam audientes, quam de venerabili Sa-
cramento proponebat, obscuram adeo arbitrati
sunt, ut conuicti dicerent: Durus est hic sermo, & Ioan. 6. 16
quis potest eum audire? quomodo possit hic nobis
carnem suam dare ad manducandum? Prædicante
illo profundam mortis suæ sapientiam: Oportet
exaltari filium hominis: tunc tenebris involuntur,
ut se illi cuncti pertinaciter opponant: Nos Ioan. 12. 33
audimus ex lege, quia Christus manet in aeternum.
Et quomodo tu dicis: Oportet exaltari filium
hominis. Et quis est iste filius hominis? Quid plu-
ra? Sacratas ipsis Apostolis adeo obscura visa
est, ut audientes quæ Christus dicebat, dicerent:
Nescimus quid loquatur. En tibi quam atomi
stupent hodie doctrinam hanc audientes, quam
perculsi, quam admirati vidi se mutuo interro-
gant: Quomodo hic litteras seu etc. Hæc est illa
doctrinæ eius sublimis altitudo.

Si tu cum illis percontaberis, *Vnde hic litteras 35*
scit cum non dixerit? Ipse respondet: Mea doctri-
na non est mea. Huius principium ne extra me
foris quaesieris, nec terrenos magistros, homi-
numque classes: Mea doctrina non de me velut
primo principio procedit, sed nascitur & dima-
nat de mea diuinitate sicut de capite capilli: &
hanc non habeo ego à me ipso, sed à Patre
meo, qui misit me. Eodem modo exponere pos-
sumus verba, quæ ex iudicio S. Ambrosii & D.
Augusti de Christo proferuntur: Fons horarum, Lib. 1. de
puteus aquarum viuentium, qui fluunt in partem de virgin ad
Libano. Aquæ sapientiam deuotant, & sapientiam Marcellæ
Christi cognominat puteum aquarum viuentium, inquit D. Augustinus quia nonnumquam pa-
tens est ac facilis, sicut aquæ fontium, nonnum- tra Cresce
quam altæ, velut aquæ puteorum. Illas aquas c. 13. & 14
Christus ex se animam habet sed regurgitant, Cap. 4. 19
 &



XV. & rapidè dimanant cum impetu, hoc enim est, (Flumen) de monte Libano, quo caelestis Pater designatur, ex quo filij Christi doctrina profuit, eius diuinitas, & quidquid habet, cursu naturali ac impetuoso, de quibus miranda nobis se offerunt dicenda mysteria quæ citatis ex D. lo-

Tract. 15. ane verbis: *Vidimus cum plenam, gratia & ver-*

in Ioan. *satis, quasi unigeniti à Patre &c. significantur.*

Ultimam manum huic discursui imponamus, altero subtili satis D. Ambrosij cõuenienter expendit quod ait D. Ioannes de veste Christi,

quod consuta non esset ex multis partibus: sed quod consuta non esset ex multis partibus: sed quid tam exacta vestis descriptio? Multum quidem per omnem modum. Vestis, vt constat ex D. Ambrosio, symbolum est sapientia: ea namque est quæ vestit, adornat, pulchramque reddit animam. Nostra sapientia (inquit) vestis est consuta, partibus ad partes annexis: etenim primò docet Iudi magister puerum litteras, deinde ex litteris formare syllabas, ex syllabis verba componere: Post hæc aliam atroxie partem Grammaticam, eni confestim assuit Dialecticam & alias scientias, na vt scientia nostra vestis sit consuta per totum, dum paulatim, successuque temporis simbra simbrae copulatur: *Nostri sapientia, hoc est*

humana consuitur assuitur enim libros ad studia Grammaticæ, tradimus philosophiæ, erudimus eos, vt sapientia in eis, qua non erat, acquiratur. Porro sapientia Christi per simbras industriæ magistrorum consuta non dicitur, sed inconsutis est desuper contexta per totum: continet enim in se connexas & vnitas omnes scientias, & hoc illi inde contingit, quòd principium suum habet de superis: *Desuper contexta*, Patrem suum scilicet æternum qui simul totam illi commu-

cauit sapientiam eum illa vestiens atque adornans: *Domini autem sapientia non assuta est, non quaesita, non enim didicit à magistro, sicut ipsi Iudæi dicunt: quomodo hæc litteras nostit, cum non didicerit?* Et ipse dicat: *mea doctrina non est mea, hæc est, de hoc mundo, sed eius qui misit me. Hoc est, quod ait, de superiori contextum, quo vestitum, vel quibus omnibus vestimentis Ecclesia Catholica semper ornata est, sicut propheta ait: Assuit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Hæc est illa vestis qua mater Ecclesia decoratur, doctrina Christi non prolapsa temporis, sed desuper à Patre æterno communicata cõditis & inspi-*

rata.

36

37

9. 13. Ostendit se Christus Messiam à Patre caelesti promissum, cum verba sunt, sicut eius legati.

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

simam cetero referent eam D. Iohanne, his verbis absoluit: *Ego ex me ipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mandatum dedit, quid dicam & quid loquar &c. Quia ego loquor, sicut dixit mihi Pater, si loquor. Est autem hoc iustum ut eam ob causam ab Apostol. inquisitus de ultimo hie iudicij, respondeat: *Deus autem illo vel hora, nemo scit, neque Angeli in celo, neque filius hominis. Quærit SS. Patres qua veritate dicere hoc poterit prima veritas: cum enim esset ipsa Patris sapientia, per quem tempora diefque disponuntur, ipse iudex, cuius Pater potestati remisit agendum quidquid illius ultimi diei iudicij requirit auctoritas, illum non potuit ignorare? Respondet & nodus dissoluit D. Augu. quod locutus fuerit velut legatus à Patre: missus tanquam magister, ut doceret diceretque ea quæ sibi Pater docenda, dicendaque iniunxisset: & iuxta hanc rationem, hoc tantum nosse dicitur quod illi Pater præcepit dicendum; ut legatus, ac magister illius intuitu solum affirmat se scire illud, quod scit sibi ordinatum ut diceret. Sicut autem celestis Pater & hoc non ordinavit, ut certum iudicij diem futurum promulgaret, se illum ait ignorare.**

III. Christi ad Patre obedientia.

Ex his perfectam Christi æterno Patri discas obedientiam, qualis nunquam in omnibus religiosis simul iunctis eam voverunt fuisse perhibetur quos optime celestis ille Præceptor informat, qualem servare debeat, quandoquidem nec verbum vllum, siue magnum, siue parvum protulerit nec opus aliquod effecerit, nec pedem, manum oculos, linguamque moverit, nisi de expresso Patris sui mandato: *Ipse mandatum dedit mihi quid dicam, & loquar: sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio.* O præclarum obedientiæ præceptorem, qui cum illa vitæ spiritalium inchoasti, nam quo fuisti momento conceptus in ventre matris tuæ purissimæ, de ea rotum emisisti: *Ingrediens mundum dicit &c. Ecce venio ut faciam voluntatem tuam.* Et in illa integrum vitæ tuæ perfectissimum decursum, imo & absolutum: *Factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis.* Et hæc, ne dubites, diuino facta consilio, ut hoc modo opera eius ex illa parte tantò meriti forent eminentioris. Etenim ut veridica nos docet Theologia quoties operi bono connectitur obedientia, illud exaltat, & meritum tribuit, valoremque longè digniorem: prout die Martis proximo dicendum.

Hoc igitur est, quod Dominus his verbis inquit: *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Eius doctrina est: quia ipse magister erat,

qui prædicabat eam & docebat, ipse legatus erat qui lingua sua nuntia mundo deserebat. Verumtamen eius non est quia illam ex se non pronuntiat, sed expressa dispositione, instructione, ac celestis Patris decreto, eum nuntientis cuncta Christus proloquitur &c. Hæc intendit Christus directè Iudæorum respondere non tantum illi, quod perfidorum respoæet verba referebant, quantum illi quod per ea di-blasphemate prætendebat, sacrilegæ nimirum ac blasphemæ calumniæ videlicet quod doctrinam suam ac sapientiam à diabolo præceptore communicasset.

Superius iam prælusimus, opera Christi eiusque doctrinam tantæ fuisse excellentiæ, ut eas ultra humanas vires esse negare non poterint inimici: porro ne diuinas esse faterentur, si tamque hoc concederent, illi credere tenerentur, effugerunt, satanica hæc fieri virtute, Christumque nefariè diabolo esse confederatum. Hoc de eo iudicium concives Nazareni tulerunt, quando operum illius atque doctrinæ conuicti magnitudine dicebant: *Vnde huic sapientia hæc & virtutes.* Non eum præptio compellabant nomine, sed ex contempta quæritur *Hic, g. d. homo vilis adco, gregarius, terræ filius cuius manus, ac scientia non altiora quam fabrilis nouerit vquam opera: vnde statim inferebant: Quomodo hic? sicut nunc: Quomodo hic littera scri &c.* Hæc est, ex Theophilacti sententia propria Iudæorum interrogatio: *Obstuspecebamus, quod solet inuidis accidere, sicut pauper vicinus repente in splendidiore vestitu præsent & vident eum vicinus inuidus, dicit: quomodo hic iam sumptuosus vestibus indutus est. vnde huic vestis illa? Similiter si mulierem videres, parperem, triviale quæ cum non habeat vnde suti vel assem acquirat, subito predeuntem in foire togâ indutam plumariâ, pallâ byssimâ, annulis aureis, vitis gemmis ornata torque margaritis intorta, proculdubio diceret. Vnde huic hæc omnia? vnde sibi comparavit iudicares, quod ex illicito, vel ab alio illi intimus affecto illa conquisisset. O sacrilegos proditores exclamat D. Chryssostom. ex quo colligere debebant, Christum esse Deum, nefarij concludunt eum, ut Dei inimicum, amicumque diaboli: *Ex eo quod virtutem diuinam inferre debebant, virtutem diuinam videbantur destruer. Ho 48. in re. Quadrat illis optime illud Psalterij: Conuersi Ioan. T. 1. sunt in arcum prauum. Arcus prauus qui cum sagittam in hauc deberet torquere partem, in illam retorquet.**

Ut blasphemam hanc Christus contumeliam refelleret, eius hæc prima cura fuit, ut probaret, quæ

IV. Christus proloquitur &c. Hæc intendit Christus directè Iudæorum respondere non tantum illi, quod perfidorum respoæet verba referebant, quantum illi quod per ea di-blasphemate prætendebat, sacrilegæ nimirum ac blasphemæ calumniæ videlicet quod doctrinam suam ac sapientiam à diabolo præceptore communicasset.

37. *Matth. 13. 56. V. Ex contemptu dicunt hic.*

Thy 2. 1. c. 7. Ioan.

D. Chry. Ho 48. in re. Ps 77. 37.

quæ faciebant opera, virtute celestis Patris sui fieri, & quam præstebatur doctrinam, ab eodem sibi esse communicatam. De operibus fuscis satis dist. urrit post paralytica apud piscinam curacionem, vt diximus; de doctrina verò ac sermonibus hæc agit, illa responsione: *Mea doctrina non est mea, sed eius, &c.* Et hic sensus est maximè legitimus, quem Euthymius appellat: *Profundiorè intelligentiam; Quem sequitur Theophilactus, & ambo sumptèrunt ex D. Chrystoso. & D. Cyrillo quòd Dominus ostendere & probare conatur quòd doctrina sua diabolo nequam esset adscribenda præceptorì, nec aeterno Patri contraria, sed nec diuersa, quinimo taliter esset sua, vt pariter esset & Patris sui celestis:*

2nc. Ioan. No. 48. in Ioan. I. 4. in Ioan. VI.

Quid aduerbium non, significet.

Matt. 10. 20.

Ioan. 12. 44

1. Reg. 8. 7

Ephe. 6. 12.

1. Cor. 15. 10.

Hom. in illud enim autem subiecta: habetur post Ep. ad Cor. Hebr. 1. 1.

Lib. de Adorat. in Bir.

Quocirca ille a dictio Non dum dicit non est mea, non absolute sumenda est, sed eo modo vt idem significet, quod *Non solum.* q. d. Mea doctrina, non solum mea est, sed etiam & primario Patris mei est: Et hic loquendi modus est Christo familiaris: *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* q. d. Non estis vos soli qui loquimini, sed etiam & principaliter loquitur Spiritus S. Et iterum: *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.* Et olim audivimus Dominum dicentem Samuel: *Non te speraverunt, sed me.*

Hic supradicto Paulum Apostolum in illa tritissima sententia: *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus Principes & potestates.* Negate non vult, nullum nobis adversus carnem esse certamen, quod toties iam confessus fuerat, sed indicat quòd nedum contra carnem luctandū sit, sed etiā & principalius, contra tenebrarum principes qui per illam & in illa nobis graviter impugnant. Pariter & in illa: *Abundantius illis omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Scilicet laborasse non negat, sed quòd principaliter labori suo divina gratia concutierit auxiliatrix. Nihil ergo Christus (ex mente D. Chrystosi) illis asserere, quod si doctrinam suam minime receperint, Dei non acceptent doctrinam: etenim illa, quam ipse proponit, non tantum eius est, sed ipsius Dei. Hoc adimplet quod postmodum Iudæis exposuit Apostolus: *Multifarie multisque modis olim loquens Deus patribus in Prophetis, notissime diebus istis locutus est nobis in filio.* Ab antiquis temporibus idem promiserat Moysi Deus in figura pro vt sequitur D. Cyrill. Alexandr. quando præcepit illi Dominus fabricam propitiatorij quod erat tabula ex auro purissimo, quam super arcam collocare debebat, in qua duæ tabulæ le-

gis inclusæ servabantur; vt esset Dei sedes ex qua, & per quam loqueretur: ita vt vox quæ de propitiatorio procederet Dei esset, qui sedem suam ibi fixerat: *Factus est propitiatorium de auro mundissimo, &c. inde præcipiam & loquar ad te supra propitiatorium.* Plurima detegit D. Cyrill. hic mysteria, qua ratione Christus sit propitiatorium, & ex auro, & in quo sedeat Deus, & in quo & per quod loquitur, ex quibus manifestè patet quàm eleganter, dicere potuerit. *Mea doctrina est mea.*

Exod. 25. 17. 22.

§. 14. Probat Christus se Prophetam esse promissum, in cuius ore Deus verba sua poneret, & irretractabilis castigaret.

EX his præmissis mirabilis erit intelligentia verborum Christi, qui spectare vult illis, celebre hoc facinus quod Deus per Moysen populo suo fecit in Exodo: cum iam morti proximus esset illi hoc idem reduxit in memoriam, quo servum suum consolaretur, in Deuotionomio promissum adeo nobile quod et neclate perpendit D. August. quamvis enim quidquid Moyses literis mandavit de Christo & propter Christum fuerit: *De me ille scripsit.* ait ipse Christus: omnium tamen clarissima scriptura, quam de Christo exaravit, illa fuit. Et D. Chrystostom. egregie probat, quod in solo possit Christo veritificari. Descendit Deus de monte Sinai legem daturus igne terribili circumcinctus, scintillas eubraus ardentissimas tonitru, fulgure & coruscatione ita formidabilis, vt totus populus tremore nihilo percelleretur, & in tantam de Deo formidine trepidus corrueret, vt ad Moysen confugeret, eum deprecatus, vt à Deo hanc gratiam obtineret, vt non ipse populo loqueretur nec ad eum sursum in montem ascendere teneretur, ne forte timore ceterptus vilo tam horrendo spectaculo moretur; ipse verò Moyses sequester esset, ipse nuntia verbaque acciperet, quæ populo Deus intimare vellet, ipse ex Dei nomine loqueretur, quod eum libentissimè essent audituri, *Loquere tu pro nobis Dominum, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Adit Dominum Moyses: aitque Domine mihi populus ille, hoc igne, tonitru & coruscatione quibus apparuisti, tanto metu consternitur, vt sola cogitatione deficiens concidat, nec ferre potest tantam sibi loquentis, maiestatem. Te humiliter deprecatur, placeat tibi, vt quod illi indicare volueris, fiat me mediatore. Respondet Dominus: *Ego locuti sumus, &c.*

38

L. 6. contra Faustum cap. 22.

Ho. quod Christus sit Deus Tom. 53

Exod. 10. 17.

I. Proponitur Dei de Christo mitendo promissu.

emilia 17.

omnia sui in omnibus. Ratio ne nituntur optima quod meam nolint spectare maiestatem, & ut ipse eis illudque fiat te intermedio. Revertuntur illis, hoc mihi perplacere, & quod ad integram perfectamque eorum salutem missurus sum Prophetam tui similem, ex eadem generatione, carne & familia ponam verba mea in ore eius, & sciat quod quaecumque loquetur futura sint mea, prout illum attentius audient. Veruntamen libi caveant, quod si hunc loquentem in nomine meo nequaquam audierint, hoc animo feram a deo molesto, ut non letem de illis vindictam sumpturos, & quemcumque illi refractarium fuerit castigatus: *Prophetam suscitabo eum de media fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quae praecepero illi. Qui autem verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor existam.* Hoc responso ac promisso revertitur ad populum Moyses: omnes alacri mente voceque respondent. Maximum ̄ maximum nobis Deus contulit beneficium, & perpetuo Prophetam hunc anhelat prosequamur nobis ab eo promissum, pariterque spondemus, quod venientiam in arrectis auribus menteque pia, quidquid in nomine eius dixerit, sumus audituri: & plus iusto plectetur supplicio, qui contumax illi noluit obedire. Hinc promissio iniuxta est perpetua illa, & infatigabilis huius Prophetæ promissi, Mellis nimirum expectatio.

II. Christus est ille propheta.

Hanc modo historiam Salvator noster tangit, asserens illam sua presentia completam, volensque ex illa communcare adversarios. An meam vos, quam pædico, admiramini doctrinam? An quæritis unde illam didicerim? Illius Prophetæ recordamini, quem Deus per Moysen promissit, & vos venturum expectatis. In mentem vobis veniat, id quod vobis Deus est locutus: quod poneret verba sua in ore eius, ita ut, verba quæ diceret, non sua forent, sed Dei illum delegantis. *Ponam verba mea in ore eius, Attente considerate quod sum ego ille Prophetes, quocirca verba quæ profero, & doctrina, quam doceo, eius est, ipse in ore meo posuit, quidquid proloquor. Mea doctrina, non est mea sed eius qui misit me. Ipse dixit & mandavit mihi quæ dicam, & quæ loquar, &c.* Videte quod nedum illi non sum contrarius, nec mea doctrina illius, ut etiam sit illius, quod posuit verba sua in ore meo.

39 Iudæorum arguitur contumacia.

Cum autem adeo sit refractarij, ut eam scijciatis, certissimum vobis ac horridum pericadete supplicium ab illo imminendum, quandoquidem Hieron. Bapt. de Lazaro. l. vii. c. 111.

in se susceperit tanti criminis multare gravitate. *Ego ultor existam.* Hoc illis apertius iudicavit quando hoc cum illis sermones instituit, adireo namque sicut illos enarrat D. Evangelista, *Qui Ioannis 9 misit me Pater, ille testimonium perhibuit de me, quod 37. vocem eius nunquam audistis, neque speciem eius vidistis, & verbum eius non habetis in vobis manens. Scrutamini scripturas, &c. Si crederetis Moysi, & mihi forsitan crederetis, de me enim ille scripsit. Iam enim Pater de me tulit testimonium in illa promissione vobis facta mittendi Prophetam qui suo vobis nomine loqueretur: veruntamen hic ostinata vestra patet manifeste rebellio, qui vos Moysi discipulos esse gloriamini, quem, ut præceptorem à Deo datum honoratis, cuiusque constantissimè creditis. Si ipsi crederetis, indubie hoc enim hoc in loco significat adverbium forsitan ut ex alijs locis confirmat D. Ambrosius. minime sum iter crederetis: ego namque sum, de quo scripsit ille, & ad quem moriens vos remisit.*

Lib. 2. c. 29.

Ex tunc vestram contra Deum obstinatum ostenditis contumaciam, ut neque eum in figura flammæ ignis descendentem in montem videre volueritis, nec vocem eius vobis loquentis audite. *Neque vocem eius audistis, neque speciem eius vidistis.* Non contradixit ipse vobisque irato verbo promissit, quod Prophetam audiretis vobis à se mittendum, qui vobis eius nomine loqueretur, & adhuc minus præstatis. Et verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis. Vah seductos proditores qui tunc appellastis in pæfens tempus, & si tunc perversè malique feceritis, nunc rebelles committitis peiora nequiore. Ira Dei gravissima capitibus vestris imminet: ex tunc enim vobis eam minabatur, dicens: *Ego ultor existam.* Perduelles estis & pernicaces, qui Deo semper perfidi mentimini. Tunc Deo mentiti estis nolentes eum videre, nec audire, & modo, recipere eius revertentes, quem vobis misit ille, cuiusque qui nomine loquitur: ita ut vestre agendi modus perpetua sit malaque contumacia merito rebellionis comparanda Pharaonis: dum enim horrenda conficit prodigia coram oculis suis adeo mirabiliter patrata, illorum terrore perculsus in alterum appellat eum fide contra promittens, se Moysi ac Aaroni obsecurum, at obsecante mane eum illis dicitur reddidit & obstinatior.

VI. Christianorum rebellio confunditur.

Talis quoque, Christiane, aliquo modo tua arguitur esse contumacia, cui de die in diem appellas, & si die primo Deo pertinax resististi, illi resistis & altero pertacior. Die mihi inultè servetur.

B b rator.

rator, cur pauperi non restituis quod illi per-
 suram abstulisti? Domine, modo necessitate ni-
 mia coactor, dum mihi facultates fuerint am-
 pliores, restituiam. Illa tibi detines, & tunc
 quando prae oculis habes magis illis afficeris, &
 minus de restitutione cogitas. Vt quid peccata
 haec quaquam consistis, vitamque illam tot libi-
 dinibus computatam non corrigis? Domine
 modo alijs occupor, breui tempus aderit Qua-
 dragesima, illis opportunum, & ex corde spon-
 deo meliora. Nec ante fecisti nec adueniente
 facies hoc Quadagesima; cum confessionem ex-
 pedias breuiem, misericordiam, inpro medita am, impa-
 ratam, nulla vera contritione formatam. Domine,
 inquit alter, si Deus prosperam mihi concedat
 valetudinem euadam in virum sanctum, multas
 ieiunabo diebus, penitentiam agam, eteum nunc
 aduersa corporis valetudine adhoc non datur op-
 portunitas. Salute gaudes integra, minus hoc
 quod promissisti, perficis. Vix tibi misero, qui de
 termino differis & appellas in terminum, & si
 male diebus vixisti prioribus, peius te geris vixis-
 que posteroribus.

Hos considera proditores, tunc appellatur in
 tempus illud, quo Propheta venit ad Deo promif-
 sus, & nunc dum eum praesentem habent, eum
 audiunt, toto reiiciunt impetu, vellitant, calum-
 niantur. Ira Dei manet super eum; sic de talibus
 Baptista vaticinatur. Ex praemissis declarat D.
 Gaudentius Episcopus Breuilis illa Christi ver-
 ba. *Sermonem quem audistis, non est meus sed eius
 qui misit me Patris, & concludit: Quo dicto satis
 claruit, Patris contemptiores esse vniuersos, doctri-
 nam vnguentis filij contemnen-.*

**§. 15. Mea doctrina non est mea. Pradica-
 toris doctrina, sit Dei, cum ipse legatus est
 & vi talis honorari debet.**

Hoc illis Dominus inimare voluit, pariter-
 que praedicatorum instruere, quid illis sit
 praedicandum; non propria inuentiones,
 non de proprio cerebro composita figmenta, sed
 quae Deus illis dicenda praecipit; vt eis dicere
 liceat: *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit
 me: iam enim Saluator eosdem instruit, dicens: Si-
 cut misit me Pater, & ego misit vos. Sicut ille deli-
 cendit ab aeterno Patre legatus missus, nos
 mittit velut legatos suos, Pro Christo legatione
 fungimur, tanquam Deo exhortante per nos: ait ille
 praedicatorum coryphaeus D. Paulus. Fidelis le-
 gatus non de suo capite componit, quae sibi di-*

cedenda sunt, sed attendit audisque quae sibi propo-
 nenda praecipuntur. De hoc querelas contra tal-
 los quosdam Prophetas Deus olim deponerat.
*Qui loquuntur de cordi suo, & dicunt visiones ca-
 pit suae. Et hoc proprium est haeticis, inquit E-
 Rupertus velle perluere, ac praedicare suas Ezech. 13.
 imaginationes, doctrinas, Phantasmata. Haereti-
 eorum ista praesessio non est. Mea doctrina non est
 mea: illis magis placet propria, illa qua omnium
 Sanctorum communis est. Vos Dominus mittit vt
 praedicent, legatos suos per totum mundum, & vt
 talibus quid praedicent, imponit. Euntes in mun-
 dum vniuersum praedicate Euangelium omni crea-
 turae. Ite, praedicate non propria commenta, sed
 nec propria veltia verba, sed mea, meumque Eu-
 angelium. His conformiter aiebat D. Petrus: Si quis
 loquitur quasi sermones Dei. Et D. Paulus: Sicut ex
 Deo, & coram Deo, ita in Christo loquimur.*

Missurus Dominus Ezechielem ad munus pra-
 dicationis, librum illi tradidit scriptum intus & fo-
 ris proprijs suis verbis, mandaque vt illum
 comedit, sibi inuiceret, pergitque verba illa sua
 praedicaturus. *Etsi hominis comede volumen istud,
 & vadens, loquere ad filios Israel, & loqueris ver-
 ba mea ad eos. Idem contigit D. Ioanni Euange-
 listae (ipso teste) nec vacat mysterio: Pradica-
 tori namque conuenit vt primo comedit, gustet-
 que doctrinam, ac illam sibi incorporet, vt non
 tantum in verbis eius, quantum in operibus
 immoletur. An tibi excidit quod Apostolus ait:
 nutriti praedicationem assimilari: In medio ve-
 strum, tanquam si nutritrix foueat filios suos. Nemo
 ignorat quid nutritrix faciat vt filios suos enutriet:
 ipsa namque prior cibum manducat, quem illi
 filij patet administrat, illum sibi inuicerat, in
 suum recipit stomachum, digerit, & in lac
 conuersum lugendum praebet puisoni. Hoc mu-
 nus est praedicatoris, ipse prior coelestem diuinam
 doctrinam cibum manducet, a Deo sibi oblatum,
 sibi incorporat, vt suum faciat, illum operando,
 illum exequendo, illum sentiendo. Postmodum
 nullo negotio in lac conuersum praebere pote-
 rit recipiendum auditoribus, dicetque cum Pau-
 lo: *Tanquam paruulus in Christo lac pitum vobis de-
 di, &c. Hoc igitur praedicti, verba scilicet, quae
 recepit a Deo praedicanda. Hanc Ezechielis hito-
 riam expendit D. Greg. & Dei verba: Et audiet de
 ore meo verbum, & annuntiabit eis ex me. (& ait): Confite-
 rentur Propheta ne praesumat loqui, quod non inu-
 audierit, sed prius autem cordis aperiat vocis crea-
 toris, & postmodum os sui corporis aperiat auribus le-
 plebis. Et occasione similitur notat, quod D. Aug. In ps. 47.
 circa illa Psalterij verba praenotauerat: Inclina-
 Ps. 48. 3.**

*Ioan. 3. 36
 In Biblio-
 theca vet.
 Patrum
 fol. 269.
 Ioann. 14.
 24.
 D. GAYB.*

*Mar. 16.
 15)
 1. Pet. 4. 11
 2. Cor. 2.
 17)
 Ezech. 3.
 1.
 Apoc. 10.
 2.
 1. Thess.
 2. 7.*

in parabola auream meam, aperiam in Psalterio propositionem meam. Ordo legitimus, ut priusquam vocem suam deponat, quæ con- cepit dicat, ad sonitum Psalterij aut culcet- autem, & aures ad parabolam arri- gat pre- positam, quo significatur, quod præ- lator priusquam linguæ suæ Psalterio suam enilletur propositionem prædicando, Deo mentis applicet aures, audiat- que, quid sibi in Scripturæ insinuetur dicatque parabola.

Quam bene Dei verbum proponerent vates Hieremias, de quo eius actarius Prophe- ta Baruch testatur, dum linguæ suæ verba promulga- bat Regi ac populo: loquebatur, non sicut, qui dicit effingit, & qui de proprio hoc effor- mat cerebro, sed sicut recitat aliquid in libro scriptum sibi que propositionem. Ex ore suo loqueba- tur, quasi legens ante me omnes sermone istos.

Hier. 36. 18.

Hinc addiscant primo viri Ecclesiæ, qui sibi prædicare competat, non fabulas, non proprias inventiones, sed Dei verba, & hoc prologo seu fundamento Prophetarum concionem exordiri: *Hac dicit Dominus.* Non negamus dictum D. Augusti, quod illis necessarium sit procurare, componere, & adornare hæc Dei verba, illaque sapientissima reddere, sunt namque hominem ap- petitus magis corrupti, quam ærotantium, qui- bus cibi etiam delicatissimi nauseam provocant, & illa displicere, quæ tum sapientia tum pietate conspicuus Marthocheus pulcherrimæ Esther reginæ præscripsit, quæ licet pulchritu- dine facies stellis æqualis haberetur, ut tamen ad Regem Assuetum ingressa grata foret regis Maestatis oculis, atque illam is aperit vultus gratam acciperet ad populi Dei liberationem, eam adornari præcepit vestibus, ceruisis, ac monilibus illis, quibus maximus ille præcipue Monarcha delectabatur. Quinimo & ipse Deus Prophetam voluit vestes immutare ut libertatis illi coram Rege Benadab pateret ingressus: si namque illo habitu indutus non intret, accel- sus illi omnino negaretur.

III. Ornatus tamen non negatur.

IV. Allegoria de Esther.

4. & 15.

Consilium est Spiritus S. ut qui declamare debet, annuntiat eruditè perorare: verba nam- que eleganter tersèque prolata, ut fauus mel- lis, dulcia reputantur: *Cor sapientis eruditè cor eius:* dicenda ita tinnunt, ut ornate proferantur. Legunt Septuaginta: *Cor sapientis cogitatit quæ ab ore eius: & addit: Favus mellis verba com- posita.* Quam gustui acceptus est fauus mellis candidus, mundus suisque casulis ita ordina- tæ distinctus, ut omnem mundi totius opifi- cium superet industriam, fauus inquam melle

51. Fron 6. 13

suavitissimus. Sic illum apes componunt, eoque modo, suos conveniunt sermones componunt prædicatores, quatenus auditorum sibi concili- ent affectum, eorumque corrupto placeant op- petui. Num ignoras, quæ cum D. Augusti. & audi- torum. verbum Dei cibum esse animæ, & quod ille sit à te præparandus historiæ, exemplorum- que, &c. continentis. Quoniam inter se (lo- quitur Dicit Augustinus) habent nonnullam si- militudinem reserentes atque discentes, propter fa- stidia; turmorum, & iam ipsa, sine quibus viti non possit, alimenta condienda sunt. Unde dicit quidam eloquens, & verum dicit, ita dicere de- bere eloquentem, ut doceat, ut delectet & sciat, &c. Et hoc opinatur Apostolum Timotheo dis- cipulo suo scripsisse: *Formam habe sanorum ver- borum, quæ à me audisti in fide, & in dilectione, in Christo Iesu.*

Notat autem prædicator quod primum illi præcipit: *formam habe sanorum verborum,* non eorum quæ vana sunt, quæ profana, quæ affecta- ta, quæ conposita, ut paulo post non sciat, qui præsens audit, quid dixerit, ut in huius operis censura prænasimus, & secundum: ut verba sint audita, & deprompta ex doctoribus Ca- holicis, quæ ad Dei prouocent amorem, non verba de libris producta leuioribus ac impudicis, quæ magis admirationem risum, que meueant, quam amorem Christi, criminumque contritionem.

V. Similitudo inter reserentes & audi- tores.

D. Ave. Lib. 2. de doctrin. a Christia. c. 11. Tom. 3. 1. Tim. 1. 13.

VI. Honoratio prædicatores.

Secundo: vos auditores compello, vestrum hoc est negotium ut audiat, accipiat ac hono- retis prædicatores, ut Dei legatos & scitote quod in iurias ac contemptum quibus eos vil penditis, Deus sibi propria reputet, omnibusque dicat, quod olim Samueli: *Non te abiecerunt sed me:* quodque Apostolis: *Qui vos spernit, me spernit:* & qui vos audit me audit. Sicut Rex sibi iniustas censet iniurias suis illatas legatis, & cum Dauid columbina mansuetudine præfulgeret, Similitu- tam horrendis tamen Amronitas multauit, & attingi supplicij, teste S. pagina, ob contemptui habitos ab apsis legatos se mille. Ac eodem modo honorem eis præstitum, ut proprium ac- ceptat Deus & ut talem digna compensat reti- butione. Quod si sibi propinatum censeat aquæ calicem pauperi in eius nomine porrecti, quan- to magis id quod prædicatori in eius nomine, qui illum delegauit?

VII. Similitudo.

VIII. demulcendi & auditores, quo timore percellendi ut Ratio ad- notat D. Chryl super parabolâ de quinq; talëtis. audito- seruo nihil amplius incubebat quâ dare pecuniâ bus ex ad vsutam, attamen lucrum recipere, non illum, peti sed Deo.

B. 1 sed Deo.



*Ho. 12. in sed Dominum tangebatur. Ita dixit. Quare non dolisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens orat. 5. utique cum usuris exigiſſem illam. Ad nos nihil aliud attinet, quam Dei nuntia proclamare eiusque divina verba proloqui: ipse suo tempore venit ad vobis rationem exacturus, qualiter hanc recepistis pecuniam, quo lucro illi respondistis. Non nostram erogamus pecuniam, sed Dei, non nostra sed Dei verba proponimus: hoc etenim quisque dicit predicatorum: *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Tu videris quam Deo reddas rationem, quando cum usuris lucroque eam est a te recepturus.*

§. 16. *Mea doctrina non est mea, &c. Illis verbis profert Dominus Pelagium ac Lutherum, & confessionem docet de efficacia gratie Catholicam.*

42 **43** **44** **45** **46** **47** **48** **49** **50** **51** **52** **53** **54** **55** **56** **57** **58** **59** **60** **61** **62** **63** **64** **65** **66** **67** **68** **69** **70** **71** **72** **73** **74** **75** **76** **77** **78** **79** **80** **81** **82** **83** **84** **85** **86** **87** **88** **89** **90** **91** **92** **93** **94** **95** **96** **97** **98** **99** **100**

42 **43** **44** **45** **46** **47** **48** **49** **50** **51** **52** **53** **54** **55** **56** **57** **58** **59** **60** **61** **62** **63** **64** **65** **66** **67** **68** **69** **70** **71** **72** **73** **74** **75** **76** **77** **78** **79** **80** **81** **82** **83** **84** **85** **86** **87** **88** **89** **90** **91** **92** **93** **94** **95** **96** **97** **98** **99** **100**

42 **43** **44** **45** **46** **47** **48** **49** **50** **51** **52** **53** **54** **55** **56** **57** **58** **59** **60** **61** **62** **63** **64** **65** **66** **67** **68** **69** **70** **71** **72** **73** **74** **75** **76** **77** **78** **79** **80** **81** **82** **83** **84** **85** **86** **87** **88** **89** **90** **91** **92** **93** **94** **95** **96** **97** **98** **99** **100**

rur atque effudit Pater aeternis famulorum suorum opera, Patriarcharum videlicet ac Prophetarum puteos illos, mysteria divina, de quibus scribitur: Illos obstruxerunt. In aëre terreni, & invidia mundi, humo suorum affectuum carnalium, falsis suis interpretationibus ac doctrinis, quibus populum decipiebant. Accessit verus Haec Christus, illos conatur aperire, aquas in pias Sacramentorum caelestium effundendo, atque adeo nervose ac subtiliter, ut non mediocriter haberet admiratio. *Mirabantur Iudaei, et quaerunt: Unde?* Respondet nomen imponens ad Patris sui gloriam, eum confessus aquarum illarum primum principium, atque originem, illas non sibi, sed Patri referens acceptas. *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Ut tu, ac quilibet vir iustus dicere adhaereat, (idque patitur multo potiori) *Mea sapientia non est mea, mea iustitia, mea gratia, mea virtus, sanctitas, mea mens devotio, mea ieiunia, mea merita, mea perseverantia non mihi sed Deo imputanda.*

Quam congrue dixit Apostolus de Christo, quod misisset sit in domo Dei fidelissimus! *Fidelis in domo Dei.* Angelus in domo Dei fuit. *In paradiso Dei fuisse:* porro Domino suo infidelis: donis etenim suis inflatus, rebellis inturrexit illa sibi adscribere. *In multitudine pulcherrimam suam levationem est veritatem in decore suo, ideoque de illo dicitur: In veritate non fuit. Illud in veritate, item est atque in fidelitate: Fidelis esse non perseveravit: Verumtamen Christus in veritate stetit: quia quicquid boni possidet suo fert acceptum Patri. *Mea doctrina non est mea, &c.* O suavissimum, ac praclarum confessionem! Perpende Redemptorem totorum duos inter famulos mala vitioque famam constitutum haereticos Pelagium cum suis asseclis, & Lutherum cum suis stipatum discipulis peiores ambo, quam lucetenti illi quos inter medius Christus crucifixus occubuit, quia ex aliquorum iudicio in principio Christum ambo contumeliose instabant, quodque primo verbo suo hanc converterent, & altero, scilicet illi inflexerit adeo terribilem, ut utramque protraherit. Sic eum alia occasione considerat: *D. Ambrosius, quando verba illa protulit: Ego & sumus, Pater unum sumus.* Quasi in medio duorum haereticorum Arii & Sabellij: quia uno verbo hunc prostermit & altero. Dicendo *unum* Arium prostermit, qui unitatem negabat essentiae, & dicendo *sumus* confodit Sabellium, qui diversitatem negabat personarum. Similiter hic in medio constituitur illorum, dicendo. *Mea doctrina,**

42 **43** **44** **45** **46** **47** **48** **49** **50** **51** **52** **53** **54** **55** **56** **57** **58** **59** **60** **61** **62** **63** **64** **65** **66** **67** **68** **69** **70** **71** **72** **73** **74** **75** **76** **77** **78** **79** **80** **81** **82** **83** **84** **85** **86** **87** **88** **89** **90** **91** **92** **93** **94** **95** **96** **97** **98** **99** **100**

22 **23** **24** **25** **26** **27** **28** **29** **30** **31** **32** **33** **34** **35** **36** **37** **38** **39** **40** **41** **42** **43** **44** **45** **46** **47** **48** **49** **50** **51** **52** **53** **54** **55** **56** **57** **58** **59** **60** **61** **62** **63** **64** **65** **66** **67** **68** **69** **70** **71** **72** **73** **74** **75** **76** **77** **78** **79** **80** **81** **82** **83** **84** **85** **86** **87** **88** **89** **90** **91** **92** **93** **94** **95** **96** **97** **98** **99** **100**

proferunt Lutherum, & dicendo, non est mea Pelagium. Ad duo extrema contendunt hi per-
duelles heretici, quod illis est maxime pro-
prium. Assertit Pelagius, quidquid boni facio ac
operor, meum est: fructus etenim est meae li-
bertatis ac voluntatis, quae suis operatur viribus,
quomodo, & quando libuerit, & sicut ab opere
cessare possum dum volo, sic operari possum
dum volo, quocirca mea ex integro fides est,
quae credo, mea est spes quae confido, meum est
a peccato desistere, ab eo relinere, gratiam ob-
tinere, & gloriam adipisci.

Lutherus ad aliud confugit extremum, do-
cetque. Nihil eorum quae ago meum est, nec
vlla mihi pars in eo: Omnia Deus in me opera-
tor, de quo descendit movere me secum dum eius
voluntatem, ut mihi liberum non sit aliter age-
re, nec maneat libertas, nec in eo quod ago, par-
tem habeo vel minimam. Mentiris Pelagi: quia
non ex integro bonum tuum est quod agis, sed
Dei quoque, qui tibi vires hoc facienti submi-
nistrat. Mentiris Luther: quia tuum est quod
agis: quandoquidem tu sis, qui hoc agis idque
tam libera voluntate, ut possis hoc non agere.
Veritas ea est, quam Doctor noster caelestis pro-
ferretur, dicendo: *Mea doctrina*: quia a meum est
opus bonum, ego illud operor, & facio liberrime.
Non est mea: quia non tantum meum est,
sed etiam Dei, qui mihi favorem suum retribuit
illud facienti, sine quo nullatenus fieret.

IV. Hæc est Catholica veraque confessio, cui sub-
scribit D. Paulus eius verba singulari i. ge. ij.
Cōfirmat monia perpendit D. Chrysol. *Abundantius*
tut ex D. *illi omnibus laboravi: non ego, autem sed gratia*
Paulo. *Dei mecum.* Ego ille sum qui laboravi, mea sunt
L. de virg. opera, quae in Dei gloriam effeci, sed mea non
e. 2. perfectæ, cum sint etiam diuinae mecum op. tan-
i. Cor. I. 5. ti adscribenda gratia: itaque diuini sunt auxiliij,
10. mea libera opera factis. Loquens i. modum
expende cum D. Chrysol. *Non ego sed gratia Dei*
meum. Non ait: Ego diuina roboratus gratia
effeci, sed illa mecum: ut ostendat quod princi-
palis primaque causa, & quae magis concurrat,
& cui principalis effectus debetur boni operis,
tu non sis, sed Deus, & diuinum eius, quod tibi
concedit, auxilium. Hanc cape similitudinem,
quando securi vel ascia detrunctas arbores, vel
V. Similitudo. ferra lignum dissecas, nequaquam dicit: securis
meum arborem excidit, vel ferra mecum lig-
num dissecuit, sed ex opposito, ego securi ar-
borem praestram, ego ferra lignum dissecui: quo
significas, securim agens non esse principale,
quod actionem efficit, nec ferram quae tabulas

artificiose dissecuit sed te: egragens sum pri-
marium operisque causa, sed minus principale
securis vel ferra perhibetur. Hinc patet vtes
sit agens principale boni operis quod agis, si
namque qui hoc agit, Deus sit, eiusque tecum
gratia: *Gratia Dei meum* ipse est causa principa-
lis, illi praecipue debetur quicquid boni, formo-
si, sancti, ac consideratione digni perpetatur in
opere virtutis, unde Deus est, cui primario red-
dendæ sunt gratiarum actiones.

Quantum coniecit sumptis hanc loquendi for-
mam Apostolus, ex sapientissimo Salomone in
illa caelesti supplicatione, quæ debilis anima
nostræ considerans vires ad bonum, illud ab-
que diuina gratia fieri non posse constituit, vin-
de sic illam à Deo suppliciter exoptulat: *Mitte il-
lan de caelis sanctis tuis, & a sede magnitudinis*
tuae, ut mecum sit, & mecum labore. Quis ele-
gantius gratiae describat eminentiam, quam dixit
caelestem ac diuinam: *De caelis sanctis tuis.*
Effectus non est caeli, Lunæ, Veneris, vel solis,
aut Martis, sed nec conjunctionis magnæ Sa-
turæ cum Ioue, nec cæci stellati, neque fir-
mamenti: etenim omnis creatura, nec atomum
potest gratia impertiri: de sursum eam descen-
dere, de caelis sanctis Dei oportet. *De caelis san-
ctis tuis:* Cælis, inquam, qui omnem excedant
naturæ potentiam. Opus sit, necesse est, superne
sedis Dei, & non cuiuslibet, sed scias suæ mag-
nitudinis. *A sede magnitudinis tuae.* Est etiam
gratia quid adeo præclarum, ut sit totius Dei
magnitudinis effectus; eiusque rota requiratur
omnipotentis magnitudo ad gratiae productio-
nem: nam participatio quædam est diuina na-
turæ, & super eminentis essent. Hoc appendit
satis grauitè D. Petrus Apol. *Maxima & pre-
tiosa nobis promissa donauit, ut per hæc effici-
amini diuina consortes natura.* Quod si à Salomone
requiras an illam postulet, ut cum ea operetur,
respondet se eam potius petere: ut ipsa cum ipso
operetur: *Meum labore:* consistens, quod ipsa a-
gens debeat esse principale, & cui referre dum
sit quicquid boni, pulchri, prudentis in opere
bono reperitur commentabile, sicut scriptori
laus datur eorum quæ in literis, quas etiam
exatuit, spectanda laudatur, & fabro lignario
gloria eius quod affabre factum effulget in sede,
vel arca, quam suis instrumentis insigniter ela-
borauit.

Hinc iusta Dei contra superbiam regis Nabu-
chodonosor querela perpenditur, dum per Hiram
is illum ita grauitè commouit ostenditur, ut Deus ira-
eum insulsa terreat morte peritum. Inliges securi
retilit

VI. Salomon hoc etiam agnouit.

Sap. 9. 10.

1. Pet. 2. 4.

VII. Similitudo.

VIII.

Nabuchodonosor ob arrogantiam suam. *I. Sa. 10. 2.*

retulit rex ille victorias, robore ac favore confortatus diuino ac singulari: sed ea mentis Monarchiam suam inuasiu amenua, vt eorum sibi omnium honorem laudemq; superbus arrogaret. *Visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur, & super gloriam alti uerticis oculorum eius dixit enim. In fortitudine manus mea feci, & in sapientia mea intellexi. O non tolerandam, inquit Deus, peruersitatem, o impudentem stultamque temeritatem, suis victorias dare manibus, quas obtinuit, & carum sibi velle gloriam arrogare? Numquid gloriamur securis aduersus eum, qui fecit in ea? aut exaltabitur serra contra eum, a quo trahitur. An si lior dam posset securis inconsideratio, si intellectu pelleret, quam si dum eius opera lignarius altissimam exscidit pinnum, se superba erigeret, diceretque: Hoc non opus est lignarij, sed meum, ego quippe pinnum amputaui: si factio scriui non parum formoso ac multo labore, seditionem moueret vel maleus, vel bipennis, vel dolabra, vel cælum, vel lupus, vel cuneus & opifici gloriam suffutari conaretur, atque obijceret. Ego operis huius elaboraui pulchritudinem. Vah insanam vanamque stultitiam. De hac impius arguitur & stultus Nabuchodonosor.*

IX. Similitudo.

Ab hac me Deus inani stultaque precatur Apostolus, liberet ex gratatione. Hoc intelligo, quod omni vero verius opus ego boni efficiam, tanta pollens libertate, vt per meram libertatem meam illud possim non agere, si uel uero, verum & hoc agnosco, quod illud agens, causa non sum principalis, cui gloria debeat praerogatiua, ita vt eam mihi liceat omnem adscribere, sed Dei gratia ipsa est quae mecum agit causa principalis. *Gratia Dei merum.* Ipsa est, quae me corroborat, me sua facit achiuitate potentem, ipsa necum operatur, ego illi eius adiutus auxilio liberè consensio. Hæc est Catholica Sanctorum veraque confessio, hæc ea est quam nos docete conatur verbis suis cælestis noster ille præceptor, quia Pelagij ac Lutheri errores acuto confodit gladio. Quid ais Lutheri? quid loqueris hæretice. Quidquid boni officio, Dei est, & ipse omnia operatur eo modo, vt nihil in eo sit quod meum esse censeam: nec vlla est in mea gratia, alia iustitia, quam ea quæ est in Christo &c. Mentis o proditor: sancti viri opus est bonum quod agit, eius est gloria, eius iustitia, quæ sanctus, quæ iustus esse traditur: in quantum qualitas quædam est, in anima eius residens, quæ reddat eam venustam gratamque diuinæ maiestatis oculis, sicut albedo corpori inhærens il-

X. Bona opera nostra sunt.

illud album efficit. Eius est ieiunium, oratio, merita, tam enim liberè illa peragit, vt propter hæc de iustitia cælesti possit præmium exigere, & cum Apostolo profari: *Bonum certamen certans, sursum consummanti fidem seruauit, in reliquo reposita. Mihi corona iustitia, quam reddet mihi Dominus in illa de iustis iudex.* Tanto mihi iure præmium debetur, vt illud mihi, sit Deus redditurus: quia iudex est iustissimus. Quid ais Pelagi: quid effusus Hæretice? Quidquid boni facio meum est, & opus est solius manus meæ, nec est, quod in eo præter liberam meam voluntatem aliud agnoscam principium. Perfide mentis hæretice: maiorem enim in hoc si a diuina gratia partem sibi vendicat Deus, quæ tibi benignus ac currit, tecumque concurrit, quam omnes vires inæ naturales: iam enim hoc præmisi At ostolus. *Qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate.* Ipse est omnis in omni principium, cuius fauore motus hoc agere voluisti velle, & ipse est, qui vltimam illi addit manum & perfectionem: *Et perficere:* iam ex nunc te redarguit Apostolus: *Quis enim te deseruit? quid autem habes quod non accepisti? si autem acceperis, quid gloriaris quasi non accepisti? Promde quamuis gloriam, ob operis boni præstantiam, laudemque mereris: attamen tua non est principalis, nec tibi ob hoc, sed Deo debetur gloria principalis.*

§. 17. Fatere tua esse peccata: bonum autem de Dei manu provenire: illam cum David exalta, & non tuam cum Saule.

Hoc probè calluit vates David in diuina gratia, mysterijs super: o lumine copiosius illustratus: ait enim: *Incerta & oculta sapientie tua manifestasti mihi.* Virtutum illius celebrat Spiritus S, eucomia, eiusque heroica, & diuina describit opera meritorum: porro hoc vnum fuit, quod eum illa tanto digna censerentur præconio; in omnibus, tamen quæ laudabiliter gessit, confessionem laudemque Deo retulit vniuersam, agnosceus illum vt eorum auctorem, causamque principalem. *In omni opere confessionem reddi Saule, & Excesso in verbo gloria.* Multoties D. August. in psalmos expendit, quod duas confessionis species David cecinit: vnam scelerum suorum, & bonorum suorum operum alteram. Confessio criminum suorum ea erat, quæ fatebatur sua illa esse: hæc inquit David, aperto ore, mea sunt, eo quod lo-

XI. Bona opera nostra sunt.

Philipp. 2.

1. Cor. 4. 7

45

1. Ps. 50. 8.

Eccle. 47. 9

1. Dux confessionis species quæ David fatebatur sua esse peccata

lus ea perpetraverim: *Iniquitatem meam ego cognosco*: q. d. Hoc primum in peccatis meis agnoscere atque confiteri, quod mea sint; unde sic animam suam exhortatur: *Benedic anima mea Domino*, &c. *Qui propitius omnibus iniquis tuis*: tuæ sunt absolute iniquitates, nec quidquam in eis Deus participat. Hæc illa stulta est Lutheri hæresis, dicens: quod eo modo, quidquid agimus de Deo veniat, & nihil nostrum sit, ut etiam in illo referat auctorem nostrorum esse peccatorum, atque quod ipse ea operetur, ad ea nos moueat, nos taliter impellat, ut non minus eius opus fuerit sacrilegi Iudæ traditio, quam præsentia Petri: Hæresis est hæc a seculo antiqua, quæ peccatores impiissimi suas obvelant horrendas iniquitates, ut contra illam de industria scripserint SS. & antiqui Patres: D. Basil. tractatum edidit, cui titulum prænotavit: *Quod Deus non est culpa malorum*. D. Chryso. aliam, cui præfixit. *Quod nemo laedit nisi à seipso*. Et D. Ambros. per amplexu disputat: *Quod auctoris à Deo non sit divina constitutio, sed propria voluntatis*. Et ad propositum alij SS. subtiles instituunt discursus quos diuina quadam sapientia comprehendit sapientia putens D. Thom. Non est peccatum opus Dei, nec hoc illi impiè adscribas, de his tantummodo manibus nascitur iniquitas, quam peruersa tua ac depravata produxit voluntas. *Non dicas illi me impleauerit*. Sic te præmonet spiritus Dei: Hoc est cum D. Ambr. & D. Aug. quod Deus primo illi infirmantem fratricidæ, malignoque Cain ex lectione Septuaginta, quam illi sequuntur. *Peccasti? Qui se, ad te conuerso illius*: Nostra verò sic scribit: *Nonne si bone egeris*, &c. Impiè, nefarie peccasti, fratrem in corde tuo necem machinatus? Ab hac quiesce, nemini nisi tibi culpam imputes, *Ad te conuerso illius*. Ne solidum tuum & imprudens animi propositum in fratrem tuum mihi referas sacrificantem, sed nec mihi adscribas eius acceptanti sacrificia tua verò reiicienti, in peruersam hoc animam tuam teijcias, culpam principium voluntatem tuam malignam accusa, & inuidia adscribas; quæ ex illa nascitur, illamque rodit sicut tinea ligni medullam.

Nemo melius rem tetigit, quam ipse David, quem paulo ante citauimus, dum Nathan accersit illi oculos aperitur, ut peccatum agnosceret, quàm primum hoc illi significatur, Exclamavit: *Peccavi*, & hoc aperius exponit, dicendo: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco*. Si quid sapio casum memorat Adami, dum enim post Adam suæ peccati Deus aduenit eum reprehensurus, il-

lud se commisisse mendax non negauit, porro suum esse non agnouit, nec sibi passus est imputari, culpam in sociam Euam coniecit, imò in ipsum Deum, qui talem ei sociam adinuerat hoc enim ex mente D. Aug. significare voluit dicendo: *Mulier quam dedi mihi & hoc perditionis Adæ non minima ratio fuit*. & casta, cur illi loco remissius culpæ daretur sententia dolenti ac penarum in vita, & angustiarum in morte: *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedet ex ea*, &c. *Spinis & tribulis germinabit tibi*, &c. *Valus es*, & in puluerem reuertetur. Ego Domine, clamat David, non sic: sed peccatum meum cognosco, illudque ita meum esse opus, ut totam mihi culpam imputem: & me totalem illius causam esse fatear efficacem. *Iniquitatem meam ego cognosco*.

Idem hoc egit innocentissimus Iob: *Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celauit in sinu meo iniquitatem*. Hæc stylo pro more suo moraliter perpendit D. Greg. idem Adæ facinus considerans. Non sic ego, ait David: nec est cur peccati meum abscondam, nec illi velamen adijciam excusationum, alteri culpam iniiciendo. Hæc igitur prudentissima est tuorum criminum confessio, aperte confiteri te esse peccata, tunc Noli tundere pectus, designando hunc esse fontem voluntas originalem, ex quo cuncta scaturiunt, non alteri origo est referre, sicut nobilis, qui censet ratione status sui peccati se te esse ad otiose vitandum, & illi culpam iniicit, cur se nequaquam in actibus virtutum exerceat, & matrimonio iunctus suo statui adscribit, cui nullam conscientia suæ habeat sollicitudinem: nec non meretor, cur sane patiar inopem interire, sicut prædiximus primo die Iouis quadragesimæ, fateamini vobis esse peccata, eorumque fornicem, peruersam vestram esse voluntatem.

Hoc est, ut opinatur D. Hier. quod D. Icanes voluit, ut fateremur: *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, ut remittat nobis peccata nostra*. Quid fatere debeo ad criminum indulgentiam? quod tua sint peccata nam idcirco inquit semel & bis repetit: *peccata nostra*. Idem Dominus ore prædicat Ilaix, iuxta Septuaginta: *Die iniquitates tuas, ut iustificeris*. Deum remissionis ac iustificationis principium est, fateri tua hæc esse peccata; hoc canit idem hoc aperte confitete; & hoc David fatebatur: de quo suo loco dicendum.

Asteram emittebat confessionem suorum bonorum operum. Quæ erat hæc confessio? Gratum actionis. *Confiteri* (inquit D. Chryso.) Secunda est

esse culpam non agnouit
 Gen. 3. 12
 Gen. 3. 17
 Tob. 1. 39
 L. 22 mor. c. 13
 IV. Noli
 In Proc- mo trium
 librorum
 au Dialo- rum c. 11
 Pelagia.
 I. Ioh. 1. 9
 I. Sa. 4. 26
 46 D
 V.
 Secunda est

confessio-
et gratia
a. 110.
D. Chryf.
Ho. 9. 12
Matth. in
allud. Con-
fiteor tibi
Pater.
To. 2.

VI.
David de
omnibus
Deo gra-
tias age-
bat.
Psal. 17. 33
Psal. 143. 4
2. Reg. 23.
Psal. 17. 29
Psal. 70. 5
Psal. 3. 9.
Psal. 19. 8.
Psal. 17. 1.
Psal. 102. 4.
Psal. 138. 18.

VII.
Saul sibi

est gratia agere: cum enim alicui gratia pro ali-
quo redduntur, faceris te hoc ab eo recepisse.
Hanc in omnibus pijs suis David operibus fa-
ciebat confessionem. In omni opere confessionem
dedit Sancto. Cathalogum recenset egregium
Spiritus S. facinorum David que ceteris sunt
eminentiora. Cum leonibus lusse quasi cum agnis,
& in vestris similiter: &c. Conyitit inimicos vni-
que, &c. Opera miramini oblitenda & ineffa-
bili digna praeconio. Modo videmus quid in his
egerit, cui horum facinorum gloriam laudem-
que retulerit Deo. In omni opere confessionem de-
dit Sancto. & Excelso in verbo gloria. & de omni
corde suo laudavit Dominum, & dedit illi contra
inimicos potentiam. Si gigantem superet terrea
molem vastissimam, viribus armisque longè dis-
par & inferior: Deum sibi vires tribuisse confi-
tetur. Deus qui praecinxit me virtute, &c. Qui
dedit manus meas ad praeculum. Possuisti ut arcum &
retem brachia mea. & dedisti mihi protectionem
salutis tuae. Si ingenij dotibus tantum valeat, ut
aurae mane retulanti comparetur. (Sicut lux au-
rora, oriente sole, mane absque nubibus rutilat.) Si
caelestium scientia mysteriorum antiquos, om-
nes longè praecurrat: à Deo sibi tantam infundi
lucem candidè confitetur. Quoniam tu es, qui
illuminas lucernam meam Domine. Si constanti &
infracta mente iniquissimas patitur sibi inju-
calumnias, & perpetes sustineat Sanctis soceri
persecutiones: Deo huius patientiae lauream di-
cendam esse confitetur. Quoniam tu es patientia
mea Domine, Domine spes mea à iuventute mea. Si
copiae seque militares rebellem prosterant filium
Abalon, qui tanto patris sui dilectissimi vitam
exposuit, & illa victoria, vitam suam, nec non
regni salutem servavit incolumem, confitetur
Domini est salus. Si de Phihsthis, ac Ammo-
nitis decat triumphum: hunc non armis, non
militum robori, sed divino favori adscribendum
esse confitetur. Hi in curribus, & hi in equis, nos
autem in nomine Dei nostri magnificabimur, si cul-
pam remitti sibi gaudet, & in facienda peni-
tentia stabilem perseverare, divinum hoc opus
esse confitetur. Dominus firmamentum meum, &
refugium meum. Tandem quidquid in se virtutis
admiratione, divini muneris ac misericordiae, quae
suis animam eius operibus circumcingit, donum
esse confitetur. Qui coronat te in misericordia,
& in miserationibus. Unde hoc perpetuo verbum o-
re deprimebat: Deus meus misericordia mea. In
omni opere confessionem dedit Sancto.

Deoque refraclarius Saul perpetravit. Narratur,
quod cum amissa iam prima humilitate, qua
Saul, dum à Deo in regem eligeretur, efflore-
bat, victoria potius contra Amelecitas reuert-
retur, ascendit in Carmelum, ibique victoriae
trupheum arcum erexit triumphalem familiare
facinus in omnibus saeculis, in honorem non exi-
guum victorum triumphantium, & singulari-
ter Romanis vhitatum. Veni Saul in Carmelum,
& erexit sibi fornitem triumphalem. Ex Heltao.
cum Caierano legimus: Ecce faciens sibi stare
manum. Et valde conformiter et, quod Lyran-
notat, quod Hebraei interpretes intellexerint, in
illa fornice triumphali, depictam fuisse in sum-
mo eius vertice manum regis supereminentem
fixam ac robustam: hoc enim est, stare manum.
Et sic ex eodem textu colligit Caetera; volens il-
lo signo huius celeberrimae victoriae contra A-
malecitas palmam manus suae viribus, ingenio-
que dedicare, & apertis haec verbis dicere, cum
inflatis illis insipientibus: Manus nostra excelsa,
& non Dominus, fecit haec omnia. O mortali-
um miserum, quem merito vates Samuel totis
deplorat noctibus, cuiusque perditionem lacrymis
desset intermedialibus: cum enim vixisset cum
in regem, tenerimo diligebat eum affectu: nec
enim amentior poterat esse stulticia, quam sibi,
suae diligentiae, sollicitudini, providentiae, viri-
busque illustis illius victoriae exitum argo-
feliciter.

Competat haec caecis amentia Gentilibus,
quorum haec praefata verba legebantur: Manus
nostra excelsa, & nos Dominus fecit haec omnia.
Sint haec verba superbo inflatoque spiritu, pro-
pria qualem in Nabuchodonosor reprobamus,
qui tanti seipsum faciebat, ut sua nam suam ac sacrificia-
magnum multo ipso minorem voluerit pro Deo
adorari: de quo testatur vates Abacuc, quod ob-
tenta victoria; (quales plurimas reportavit) ere-
xerit altare, in eo arma staret, quibus contra
hostes dimicauerat, gladium, scutum, lanceam,
thoracem, sagittas aliaque multigena armorum
instrumenta, quibus inimicos profligaverat, il-
lique sacrificia litabat insigniora, ut pote qui-
bus victoriae gloria palmaque debebatur. Super
hoc letabitur, & exultabit: propterea immolabit Habac.
sagens sua, & sacrificabit viti suo: quia in ipsi in-
crassata est pars eius. Quis ferat hanc patienter
iniustitiam horrendamque perverstitatem? & id
genus insensat & dixit patientiae speculum Iob: Si
osculatus sum manum meam ore meo, quae est ini-
quitas maxima, & negatio contra Deum altissimi.
Verbis applaudite divinis, Absit hoc à me, ut
maximè
osculer

victoriae
laude ar-
rogata.
1. Reg. 15.
12.
Deut. 32.
27.
47. 27.
VIII.
Nabuchod-
onosor
armis suis
sacrificia-
bat victi-
cibus.
Habac. 1.
16.
Iob. 31. 27.
IX.
Crimen
maximè
osculer

osculari manum. osculet manum meam: est enim iniquitas maxima: in superlativo gradu; & negare, & auferre supremo, altissimoque Deo, quod illi proprio iure conuenit: quid hoc? an tantum hoc scelus, si quis manum suam fuerit osculatus? Vix paucis omittis dicere, tibi manum exosculor. Sublime mysterium quando aliquid ab altiore, eos recepisse volumus indicare, dicimus: manum tuam exosculor: quocirca propriam si quis manum fuerit osculatus, eo ipso protestatur, quod ab illa procedat, quod bene actum gratulatur, illique sine actione, referenda gratiarum. O sacrilegam contra Deum, prodicionem, operis boni, quod fecisti, manum suam laudem adscribere: quantum enim in hoc tui arrogas manibus, tantum diuini derogas negalque manibus. De hoc arguit merito Saul: *Qui haec fecit manum.* Porro non sic David, non sic humilis ille rex: *Qui in omni opere confessionem dedit sancto, &c.*

X. Scipium de eo circumfertur, quod insignem de Moabitis Dei suiisque hostibus triumphum celebrat: superato Rege Adarezet, captis mille septingentis equitibus, & viginti milibus pedibus, subiecta viciuque Syria, prostratis ex hostibus viginti duobus milibus, aliisque captiuis quam plerimus in valle Salinarum. Accum erexit triumphalem tantarum symbolum, victoriarum. Hoc ita intelligit Lyra excommuni sensu Hebraeorum, illis verbis indicari. *Fecit sibi David nomen, cum reuertetur capta Syria* cui iustitiam Abulenti. *Quid agis Rex sapientissime? Formicem erigis tuis celebrandis victorijs? An damnationis Saul non meministi, cuius que ratio fuit alta, quam similis formicis erectio? Sic est, illi namque ruinae fuit occasio, nati vero salotis: sed Saul arcum constituit, triumphum gloriam suam adscribens manibus, unde & manum in eius fastigio iussit altissimam collocari: Verumtamen non ego meam, sed Dei exaltavi subsidiariam: opinor autem quod in arcu depuxerit Dei brachium, ut omnes intelligerent, illi ut causa principali victoriae palmam referendam. Similiter & Moyses, alterum altissimum obtenta mirabili illa contra Amalecitas victoria, ut in Exodo legitur. Erant illi numero propensio-*

Exo. 17. XI. Similiter & Moyses. quod manus tali vigore protulit in altum, ciatas, ut dum eas demitteret, populus Dei terra vertebat, sin autem attuleret, victoria laetus poteratur, tandem illam adeptus est vt illustrem, ita Hieron. Bap. de Lanna. Tom. III.

mirabilem. Ilico ad celebrandum tantae victoriae triumphum altare constituit, quod primum omnium fuit a Moyle erectum ex opinione Cajetani, Deoque in illo sacrificium obtulit pacificum in gratiarum actionem, ipsam autem altare cognominavit: *Domus exaltationis mea.* Exo. 17. Hebraeo, vt notat Lyran, scribitur: *Lebona ussi,* id est: *Domus exaltationis mentis* eius rationem Moyses subiungit: *Qua manus solius Domini.* Sic legit Caser. & Lyoman; Licet vulgata habeat: *Manus solis Domini,* & utrumque tibi conuenit, q. d. Deo hoc erigitur altare, quia victoria, quam retuli, opus est solius Dei manui referendum: haec illa est, quae de hostibus triumphum operata est illustrissimum. Quomodo? An non opus hoc fuit manuum Iosue praestantis, imo & tuarum quas orando et lumines exultantibus? Non ab uno: verum quantum haec boni operata sunt, adde manibus processit creatoris, prout ipse principaliter gloria consecratur, ipsi laus deferatur scriptura. Item hoc indicare voluit Abraham, si Deo Chrystost. credimus quando fugatis viciisque quatuor Regibus de victoria sua cum Melchisedech Rege Salem colloctus ait illi: *Laus ad te habet manum meam,* quasi Deo victoriae laudem assignaret, ac dicendo: *Victoriam ac triumphum operatus est ille ineffabilis virtute.* De hoc David omnium ore commendatur.

III. *Rege declarasti David gratia respiciam, armelius Christus dicendo: Dedit mihi, vt faciam.*

I. *N omni opere confessionem dedit sancto.* Probat non sicut David quantum Deo tenebatur, in omni bono quod faciebat, quodque esset ipse agens principale. Et ipse Deus, qui submissimam illi diuinitatis notitiam instatit mysteriorum gratia, pariter illi contulit in seipsum efficaciam scientiam, ita vt breuioribus ac magis significantibus verbis hoc dixerit ac declarauerit ingeniosus. Ea deinde ratione hoc ipsum milites repetit, fueruntque in aeterna illa verba qua tantopere SS. Concilia & SS. Patres expendant. *Quoniam gloria virtutis eorum in eis, & in bonis placuit eis exaltantibus coram nobis.* q. d. Tibi Domine, laus deferatur & honor bonorum omnium, quae Sancti tui patrarunt: est etenim hoc omne opus tuum, cuius virtus eorum auctor, si namque eam habeat voluntas vt consentiat, si vestram acceperit inspirationem, si sese ad bonum

II. III. I. Deo bonorum omnium debetur laus.



num determinet, & tua bene utatur virtute, libertate scilicet, hoc opus tuum est, tu namque ille, qui tua divina gratia, ad hoc eam excitat efficaciter, quocirca tibi debetur omnis laus, omnis gloria, omnis gratiarum actio. *Et in beneplacito tuo exultabit cornu nostrum.* Divina sunt hæc omnino verba, nec vnum nobis suppetit verbum quo vel pro debito declaremus illius verbi; *In beneplacito, energiam*, quo S. Pagina frequenter utitur, ut meram gratiam, & liberam Dei exponat voluntatem, qua sine nostris meritis concurret, unde dicimus, quod liberam significet voluntatem, quæ verò suo liberò, & solo beneplacito operatur.

II. Voluntas nulla potest cogere creaturam.

III. Debilis est omnino ad bonum.

IV. Deus illa ad hoc efficaciter movet.

Hæc ea est, inquit David cuius auxilio nostra se vires erigunt, & hoc est cornu. In omni creatura nullum potentius robur, quam in libera voluntate: quia, sicut ante diximus, nulla est in aliqua creatura potentia, nec in omnibus simul, etiam hi caelestes illi spiritus, ac demones continent, quæ movere ac determinare possit illam efficaciter: etenim nulla potest creatura intrinsecò in illa libera voluntate quidquam operari, illam sua actione efficaciter movendo: solum hoc potest illi representare bonum aut malum, eo modo quo prædicatores. Hæc liberæ voluntatis potentia licet magna sit, adeo tamen debilis est, ut per se ipsam animam nequeat ad bonum elevare. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis*, (asserit Apostolus) *quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Expende, sic te monet Ecclesiæ lumen D. Thom. quod faciendum, est illud cogitare, & hoc minimum est omnium. Sed nec hoc quidem præstare valet, (inquit Apostolus) *tris relictis viribus: quamvis enim tanta sit liberæ tuæ potentia voluntatis, ut nullus ei vim inferre queat, attamen vires non habet, quibus se attolat nec ad minimum quidem eius absolute quod bonum est, si sua Deus gratia illam non corroboret, addatque potentiam.*

Si igitur voluntas ad cogitandum uti aliquid boni faciat, vires non habeat sufficientes, quæ præceperat ratione illas habeat, ad bonum operandum? Nullas habet omnino. Qui vires illas collapsas restituit, Domine mi, tu ipse es, & hoc tua libera mensaque voluntate. *In beneplacito tuo exultabit cornu nostrum:* Vt tu liberam istam Deus illa ad hoc efficaciter movet.

ferre, illamque cogere, tua soli virtuti, gratiaque reservatur. Cum igitur quiddam boni sit, tuum sit opus, & de tua procedat misericordia, libertate emanet voluntate tibi gloria tibi que laus adscribatur, mihi vero culpa culpæ omnium quas commisi, etiam in singulari imputetur. Illarum enim omnium ego causa sum totalis & integra, cum ego me ipsum ad illas determinaverim, ut autem ad illas mea determinaretur voluntas efficaciter, ipsa primum existit principium, cum tu Domine illam ad hoc non moveres. Attamen tibi laurea deferatur omni boni quod ipsa perficit: tu namque es, cuius virtute illa operatur, consentit, legem determinat, ita ut consensus illi, ac libera determinatio gratiæ tuæ opus esse censetur.

Hoc est quod Dominus indicare voluit verbis illis crebro repetitis: *Perdite Iam Israel, tantummodo in me auxilium tuum.* Hæc est illa divina gratiæ efficaciam, quam eiusdem ipse auctor Christus Iesus secundum quod homo, confitetur illis verbis: *Mea doctrina non est mea; quam subtiliter declarat in alijs quæ dixit ad ultimum vitæ propeans terminum: quæ ut talia prudentia debent perpendi plane singulari, & quamvis illa Sancti omnes considerent, est nihilominus admirabilis illa Doctoris Angelici consideratio, qui ut læto D. Augustini caniturus, imo etiam singulariter D. Pauli, omnium prædicatorum efficaciam gratiæ principalis, illa perdoctè declarat. Christus Dominus iam passioni suæ victurus, peractis illis operibus, quæ toto vitæ suæ decursu fecerat admirandis, Patri coelesti gratias pro illis agit iustissimas, atque inter alia sic ait: *Eater, ego te clarificans super terram, opus consummavi quod dedisti mihi, ut facerem.* Repertus operatur eum hoc dixisse de opere suæ prædicationis, quod iam Dominus absoluerat, quo Patrem suum glorificavit, eum mundo manifestans: hoc enim videtur indicare, subiungens: *Patrem manifestavi nomen tuum hominibus: quamvis enim per nomen, quo Deus vocabatur, iam populo notus affatim esset Iudæorum: Notus in Iudæa Deus, non tamen per nomen illud, quo Pater vocabatur, iuxta illud quod SS. Trinitatis spectat mysterium, cuius communis Iudæorum populus per exiguum habuerat notitiam: explicetam: D. Aug. D. Chrysolto. D. Cyrill. & alij interpretantur hæc verba de opere redemptionis, quod se dicit consummasse, iuxta D. Thom. *Opus consummavi: quia infra breve horarum spatium illud ad finem deduceret, die altero motiens crucifixus.***

49. 23. 91

In 217. 10 annis.

Ioan. 17. 4. V. Christus gratia auctor.

1. sal. 75. 22



VI. Sic hoc aut illud, trinitas d., I. hom. supermi.
Explicit Doctoris nostri loquendi formulam. *Opus con-*
summasi quod dediti mihi, ut faciam. Non dixit
opus quod mihi commendasti, vel precepisti,
vel ordinasti, vel persuasisti, ut facerem, sed
quod dediti mihi, ut faciam. Nam in bonis operi-
bus Christi nostri redemptoris, & magis in vo-
luntis non solum concurreat auxilium Dei efficac
in mandando, persuadendo, & ordinando, ut
illa faciamus, sed etiam in tribuendo nobis, ut
illa faciamus; quia & ipsa operatio, deum est
illius, quo nostra efficaciter movet voluntate-
tem; & efficaci auxilio atque actione divina ma-
nus eius accedit illam excitans & efficiens,
ut se determinet; hoc enim est: *Dediti ut*
faciamus d. Thom. Sicut & illud quod Salo-
mon ait: *Sicuti, quoniam alicui non possunt esse con-*
tinentes, nisi Deus det.

D. Tho. Caelis hic modus est loquendi, quo auxilij
divinae gratiae declaratit efficaciam: *Dediti mihi*
ut faciam loquitur d. Thom. per donum gratia-
tae, donum quod facit, ut faciamus, *faci*, ut *fac-*
ias; nec enim tantummodo consistit, in l. quere-
do ad voluntatem, & illi representando quam
possit ad vitium id quod convenit, hoc aut illud,
ut consentiat, sed etiam in eo quod realiter illi
det sua gratia ac auxilio, ipsum consentire, &
se determinare ad bonum, illam conservando
omnino liberam: tali namque modo Deus ope-
ratur & agit, ut consentiat illa, atque ad bonum
se determinet, ut possit ab illo desistere quomin-
o se ad oppositum determinare: licetposito auxilio
efficaci divino, certum sit, quod non solum non
se determinabit ad contrarium, sed non omittet
in bonum consentire.

VII. Hic est ille modus quo subtiliter d. Bernar-
dus, explicat Guilhelmo Abbati S. Theodoric,
quia ratione nullatenus contradicat divini auxi-
lij efficaciam nostrae libertati. Hae loquendi phra-
sis valde familiaris fuit Christo Domino, & quam
ante praemisit, agens de operibus quae fa-
ciebat, declarando, quod ea virtute Patris effi-
ciebat. *Opera quae dediti mihi Pater, ut perficiam*

Ioan. 16 ea, ipsa opera, quae ego facio: Nota, quae ego facio:
quae liberam habeo voluntatem, verum ipse est
qui mihi dat, ut ea faciam, quod ipsum est quod
dicimus. *Faci ut faciam.* Hae loquendi formu-
la, ut credo, spectat Dominum veridicam illam
Hae prophetae confessionem. *Omnia opera no-*
stra operatus es nobis Domine. Tu es ille, Domi-
ne mi, qui in nobis omnia nostra operatus ope-
ra, ita ut, mea quicquid virtutis voluntas opera-
tur, tu opereris. Tu opus fecisti quod illa con-

sentiret, quod se ad bonum determinavit, & tam
est opus tuum, ut dicere possim: *Operatus est in*
nobis: An ergo o vates non es operatus? Numquid
tu ille, qui opus hoc effecisti, qui consentisti,
qui proposuisti, qui te determinasti ut bonum
facereris, & efficaciter? Sum utique, verum ta-
men hoc operi virtute atque concurrenti divinae
gratae, quae hoc eo modo in me est operata, ut
illud poteram ego omittere. Haec igitur est op-
tima confessio eius qui Deum, ut auctorem vult
eius boni quod agimus, agnoscere. *Tu dediti mi-*
hi, ut faciam. Hoc igitur est divinae gratiae eiu-
que efficaci auxilij vires confiteri, quod ipsa sit
quae ea operatur, quae in operatur, & ea facit,
quae tu facis.

Hoc egregio discursu prosequitur d. Aug. 50
acertimus vius divinae gratiae propugnator ca-
pralem eius inimicum impugnat vincensque
Pelagium: Erat haec sequens verbis suis gratiae
praedicator, verum in sententia nullus eundem
erat actor impugnat. Qua de causa d. Hiero-
nym. cum iudicabit *Vas perditionis.* Eum opponens
d. Paulo divinae gratiae adversari quem Deus
appellat: *Vas electionis.* Proprium est haeretico-
rum, verbis ostendere quod idem cum Catholicis lo-
quantur, ne aperte condemnentur, illis autem
sentire contrarium. Ego, dicebat Pelagius, di-
vine gratiae vires & efficaciam non nego, quin-
iam illas confiteor, & profiteor: etenim non
parva est haec de gratia, quae me non brivum
sed hominem creavit, & voluntatem dedit li-
beram, quae possim agere & non agere pro libi-
tu quicquid voluero. *Reliqui hominum in manu*
confly sus. Ec. Refusi ante te vitam & mortem,
ad quodcumque volueris, porrige manum. Gra-
tiam hanc esse fateor singularem, quae mihi di-
vinam suam praerit pte legem, quae mihi mani-
festat id quod vult, & iustus legitur voluntati
meae, dicendo, illique persuadendo, ut legem
obletvet, bonum velit, malumque exhorreat.
Hanc gratiam agnosco, & ut talem confiteor,
pono se ex cetero ego sum qui ex mea operor li-
berate.

Illum audire videtur d. Hieron. & zelo suo
commotus ardentiori, perleite impatiens, an-
qui hac diei, quem non excedis blasphemiam. *D. Hiero.*
Quae haereticorum venena non superat? Asserit se
per arbitrij libertatem nequaquam ultra necesse. Ceterum
viam habere Deum, & ignorat scriptum. *Quid ha. To. 2.*
bus quod non accepisti si aut accepisti quid gloriaris. IX.
quasi non acceperis? O te prolixior Pelagi, exclam. Refelli-
mat d. Aug. qui dum te iactas eximij praedica-tur erat
torem, & divinae gratiae verbis professore eius Pelagij
C c 2 in ve-

in veritate hostis esse committis; cum illi derogas principale. Fateris à Deo diuinā suā gratiā liberam datam tibi fuisse voluntatem, & ad operandum potestatem. Si tantum hoc te diuine debere gratiā faceris; nimis parum agnosces: quia in substantia tantum confiteris quod tibi Deus operandū dedit potestatem & principium; liberam scilicet voluntatem; porro actualiter operari, & consentire voluntatem; illamque se ad hoc determinare, diuinā derogas gratiā, illudque tibi sacrilegus attribuis; tunc vobis, tuncque voluntati. Itaque Deo eiusque gratiā tantum tribuis iustificationis, tuncque bonorum principium; eo quod tibi potentiam dedit voluntatis, ac possibilitatem libertatis: tibi vero, tuncque voluntati temerarius ascribes ipsū opus actualiter efficere; ipsumque operari. Et secundum hæc, Deo solummodo debebis operis principium; scilicet potentiam; tibi vero perfectionem eius, confirmationem, firmitatemque gratulari, Deo tantummodo debebis, quod tibi potentiam dedit, qua te possis iustificare; tibi vero iustificationem debebis actualiter. O te perfidum hæreticum! Dic enim Christo: *Opus consummaui quod dedit mihi, ut faciam.* Cuius D. Paulo confitente: *Ipse est qui operatur in vobis.* Et velle & persevere pro bona voluntate: Hoc Christus consulta opera resoluit D. August. verum doctrinam arguente: vultum faciens ananiam, quæ a perfectè facientium opus aliquod bonum interueniente potentia voluntatis ad operandum; eiusdem determinatio, vultus illud operari, & ipsa actualis operatio, quæ conuenit vt claudis 47. & seq. committatur. Hæc omnia præclatis doctrinæ Tom. 7. misque verbis comprehendit D. Bern. *Deo fuit D. Bern. quidem homo recte consultus ignorans si d. si velle gra. & l. rum tenet Apostolus Spiritus adiutorium infirmorum nostram, uno vero, qui mihi per os tuum ministrat consilium, ipse mihi necesse est ministrat per Spiritum sanctum adiutorium, quo valiam implere quod consulto, Ecce enim iam ex eius vultu velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio: si d. nec aliquid me inuenturam consilio, nisi qui dedit velle d. & persevere pro bona voluntate.*

X.
Obiectio aduersarij retunditur.
Si mihi obieceris: quod si diuina gratia, et sique efficax auxilium sit quod meam moueat voluntatem, sine quo opus ex integro bonum non perficiam, igitur culpa mihi nulla est, si illud non egero, cum liberum non sit agere vt Deus me mouere velit efficaciter, remitto ad sapientiam patrum D. Thom. qui ad omnia argu-

menta, quæ contra hos obijci possunt, in forma Metaphysicæ & Theologicæ elegantiter respondet. Noueris autem ex D. August. respondente arguentis Pelagij: quos illam interrogat ostentat potestatem, quæ me sapientia longe antecibat, & claritas quàm ego diuine gratiæ intelligebat efficaciam gentium prædicator D. Paulus: *Dicitis itaque mihi: quid adhuc querimus? Voluntas eius qui respicit? & respondit illum præsumptuosum insimulans, quod hoc inquit: O homo tu quis es qui respondes Deo? Numquid dicti fragmentum vi qui se fecit: quid me fecisti sic? Deinde hoc dat responsum, estque hoc quam maxime legitimum & vt scias, quod si noluit esse malus, non eris quia valem esse, opus est tuum, & si nolueris in infernum descendere, non descendes: quia gressus illi tui sunt tuncque voluntatis, quos ponis eo tendentes, & tra ad manum piratam tibi habes Dei gratiam, quod licet illam habere sit opus diuinæ misericordiæ, tamen non habere, culpæ tuæ imputetur. Ita porro diuine gratiæ efficaciam tam profundam continet Theologiam, vt in his illius abyssos intrare non expediat, & intelligimus ad istos notitiam diuinæ gratiæ licetam apprime esse necessariam.*

Prosequitur hoc argumentum dilucidè D. Aug. illa Salomonis verba perpendens: *Et sciui quoniam aliter non possum esse contentus, nisi Deus det, & hoc ipsum est: ac sapientia, scire enim esset hoc dicitur, a se Dominum & deprecari sum illam.* His prælibatis nihil non est, tantos ignorare ac negare diuinæ gratiæ, fauorisque efficaciam: etenim necessarium est hoc à Deo postulare, vt sciant quare sit eius efficaciam, & qualiter, quidquid in nobis boni est, ipse in nostra efficiat libertate: Non hoc argumentis inter nos discutiamus, sed orationibus ad Deum, & vt ipse nos illuminet, hoc nobis sufficiat, quod tu remans nosse docet nos Magister, vt fateamur, quidquid boni possidemus, à Deo prouenire, cui hoc ipsum sit ascribendum, pariter requiri, vt cum Christo fatearis, ac cognoscas: *Mea doctrina non est mea. Mea doctrina, mea sapientia, mea iustitia, & sanctitas, mea de oratio, virtus mea, salus mea, diuitia, meæ, meæ vires, atque potentia, mea non est de Deo: quia ex beneplacito suo hæc mihi liberalis inuidit.*

Philipp. 2.
13.
Li. de gratia Christi
& p. a. ro origin. li. contra Pelag. & Cyp. 1. c. 47. & seq.
Tom. 7.
D. Bern.
Tract. de quidem homo recte consultus ignorans si d. si velle gra. & l. rum tenet Apostolus Spiritus adiutorium infirmorum nostram, uno vero, qui mihi per os tuum ministrat consilium, ipse mihi necesse est ministrat per Spiritum sanctum adiutorium, quo valiam implere quod consulto, Ecce enim iam ex eius vultu velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio: si d. nec aliquid me inuenturam consilio, nisi qui dedit velle d. & persevere pro bona voluntate.

Sap. 8. 27.
XI.
Ad hunc n. ystentiam o. ransus est Deus.



19. Hoc cognoscere, quod Mea doctrina non est mea, est velut oleum, ob cuius de-

Magni est haec cognitio momenti primo: quatenus viteas, quod totus quatuor liss...

significari Respondos D. Aug. Oleum est in vasis suis, hoc est, in intelligentiam gratia...

Divina est haec expositio, & quatenus instruit quatenus te fecit hoc agnoscere...

Marginal notes on the right side of the page, including references to D. Aug., D. Hieron., and other patristic sources. Includes the text: 'III. Oleum relligantia putant habentius oleum...' and 'IV. Volutas & firmas etas & Dei gratia...'.



ster Card. Caieta. legit e. Vere ad Dominum opera
 tua. Et ex Hebraeo: *Volue ad Dominum opera
 tua.* q. d. Visne prudentes sentire hoc est: *Dirige
 cogitationes tuas?* Omnia volue ad Dominum ope-
 ra, quia sua esse confitendo: *Omnia opera vestra
 operantur et nobis Domine.*

Gen. 41.
 11. Hoc in Patriarcha Ioseph mirabiliter peccatum
 esse conspicimus: Carpe enim videtur intelli-
 gendi impudica frontis dominæ suæ circumectus,
 quæ nunquam potuit eadem maculare castitatem.
 Spestandas offert Deus in somnis Regi Pharao-
 nis septem illas arbas, septemque boves grassatio-
 res: & alias septem de contra macilentas: curio-
 sus inquit huius somni significationem: in
 vinum omnes conuocantur Ægypti diuini & ar-
 ruspices: nec est qui somnum explicet, dum-
 que soluat. Inducitur Regi carceribus acere
 constructum diuitem non vulgaris sapientia vir-
 tum: coram se præcipit eum adduci: quem sic
 affatur: *Vidi somnia nec est qui edisserat, qua
 diuis te sapientissime conyere.* Notamus verbum
 illud *Conyere.* Narrat Iulianus historiographus
 quod Rex hoc sibi persuaderet, explicare posse
 omnia: procedere ab homine prudenti, iudicio
 sagaci prædico, qui nosset unum alteri sapientis-
 sime conferre: quocirca, quando Rex somnia
 viderat, inquit, prudentissimos quosque conuo-
 cauit, & sagacioris ingenij ad coniecturam ca-
 piendam, hæc illis conferendo: *Misit ad omnes
 coniectores Ægypti:* credidit autem Ioseph impu-
 gno actione ingenio natum, & doctioris iudi-
 cij dote seclitissimum, qui seiret conyere, Re-
 gique recte somnium interpretari. Cui sic Io-
 seph: *Asque me Deus respondebit prospera Pharaon-
 ni.* Transfert Chaldaus: *Non ex sapientia mea sed
 in facie Domini respondebitur pax Pharaoni.* Et Sym-
 machus, ut notat D. Hieron. cuius lectionem
 sequitur D. Chrylost. sic scribit: *Non ego sed Deus
 respondebit pacem Pharaoni.* q. d. Rex potentis-
 sime sic est tua tibi somnia declarabo, atque ad
 hoc mihi sapientia abunde suppedit: porro ne
 credideris, hanc esse meam, aut meo labore
 mihi conquistam, sed diuinæ gratiæ opus agno-
 sce, quam tibi confert, præstolens tibi, quæ
 ventura disposuit, & suum mihi largitus est fa-
 uorem illa declarandi: *Quis scilicet est Deus
 ostendit Pharaoni.* Totum hoc diuinæ suæ gratiæ
 opus est, nec meæ adscribendum sapientiæ, non
 meo ingenio, non iudicio. Merito mirantur om-
 nes, quam solide huic doctrinæ SS. illi Patriar-
 cha inuenerunt, veluti ita necessitate, ut ex illa
 procederet, quo frequentarunt illi, eorumque
 uxores mulieres nobilissimæ, illam quoque in præ-

xim redigentes, imponendo filijs suis nomina
 Facinus vt consideratione dignissimum, à D.
 Chrylostomo fusc enucleatum. Erras, inquit ille,
 si credideris, quod dum Deus feminas illas filijs
 sic emendat, illis nomina casu sortuito, vel tantum
 ad patres auolque reflectentes imposuerint: eorum
 eos nomine compellentes, vt nobis mos est sed
 cognoscetes, filios esse dona gratiæ ac miseri-
 cordiæ diuinæ: talia illis nomina imponebant,
 quibus illam manifestarent, quatenus semper eos
 aut viderent aut nominarent, illam facerentur,
 & ipsi illis nominibus patitur de illa Deo gratias
 rependerent.

Hoc Eua fecisse scribitur ab ipsis mundi in-
 cunabulis cum eum videret Abelem filium suum
 fratrem Caini magnum tuendum, ac cepto à Deo
 altero filio, *Vocauit nomen eius Seth dicens: Quis
 mihi Deus semen alium pro Abele?* Deus agnouit mi-
 sericordiam: inquit D. Chryl. quia se Deo
 lacrabatur honoratam, vt debeat Abeli ilico al-
 terum illi suscitaret filium, qui vacuum imple-
 ret, quod Abel per mortem reliquerat, quocirca,
 nomen illi posuit Seth, quod significat suppositus,
 subrogatus, quia in locum Abel subrogatur
 vt semper dum eum videret, vel vocaret, agnos-
 ceret ac faceret filium illum opus esse diuinæ
 misericordiæ. Porro sagax est: quod in Pa-
 triarcha Iacobi notatur aduertimus. Ex matris
 consilio proficiscitur, vt scilicet in fratre suo Esau
 persecutionibus casilque in periculis saluum eri-
 peret, de domo paterna digressus ad Laban auen-
 culum matris fratrum in Mesopotamiam: quem
 ipse duabus filiabus suis Lia & Rachel locauit
 in matrimonium. Ambæ sterilitatis viro labora-
 bant, quia sic sentit T. Leodor. Dei consilium
 fuit, vt omnes illæ celeberrimas mulieres Sara,
 Rebecca, Lia, Rachel steriles essent, per quas
 Dei populus augmentum sumeret, vt manifeste
 patet, illius gentis propagationem singulari
 prodigiosa, ac diuinâ fœci providentiâ. Rachel
 pietatidinis formâ solem referebat, Lia vero
 oculorum erat hiproline deformis, vt de Iacob
 teum amoris sui affectum, collegit in Rachel
 Liam despicies. Lia se à marito minoris habitâ
 ingenuitatis ad Deum per preces confugit: hoc
 etenim, o Domine, vnicuique est medium in
 vestra desolationis cum maritus velis opprobri-
 que remedium. Adest illi Deus comitem red-
 dens utriusque sanguinem (inquit D. Chrylost.)
 vt Iacob æquali Liam cum Rachel amore profe-
 quetur, Liam fecundam reddidit: vt h. Iacob
 Rachel vt venturam illi gereret, Liam vt fecundâ
 adamaret: *Videns autem Dominus quod despiceret
 Liam.*

Gen. 41.
 15.
 Lib. 36.
 V.
 Ioseph
 sapien-
 tiam
 suam
 Deo
 refert
 accep-
 tam.

*Lib. de
 99.
 Hebra.*

Ho. 22.
 51. 56.
 Gen.
 No.
 muna
 pueri
 iudici
 tur si-
 gnati-
 tudini
 nis.
 VII.
 Hoc in
 femi-
 nis
 proba-
 tur E-
 ua,
 18.
 & Ra-
 chel.
 Gen. 4.
 25.
 Ho. 22.
 in Gen.
 9. 74.
 in Gen.
 Gen. 29.
 29. 3.
 Gen. 29.
 29. 3.
 Gen. 29.
 29. 3.
 Gen. 29.
 29. 3.

VIII. **Leah** operuit vulvā eius (nota sterilitatis maculā)
 Sorete sterili permanentem: Sūū parit primogenitū
 illū: nomen indidit **Ruben**: quāvis enim nomi-
 nis impositio patribus convenit: illos matres il-
 lae praevenerant: quia ut sterilitatis opprobrium
 pateat, sibi magis propriam censebant hoc be-
 neficium a Deo concessum: filios illis largientis:
Ruben ex mente D. Hier. significat *Filius viscerum*:
 Quā de causā hoc illi nomen imponit: *Quia vis-
 ceribus Dei humilitatem meam* (respondet illas, pida
 cum D. Chry. *quā gratias multas: quae spectas si-
 mē a Deo praefata misericordiam illam benigniori
 oculo connoite hoc filiū nō nomine & pellicae: vt
 quāvis nōq; filius sibi occurreret, illūq; vo-
 caret hanc cōstitueret gratias: Deo benediceret.
 Post hanc & alium fecundā parit, illique no-
 men indidit **Simeon**, quod significat: ex interpretā-
 tione D. Hier. *Audi sō*, eandem; alligat ratio-
 nem: *Quoniam audisti me Dominus* (sic iterum
 D. Chryl.) *Attendite quomodo persequit: pueros
 gratias agit Dominus. Quoniam audisti me Domi-
 nus habere contemptus, addit etiam istum mihi. Hoc
 ipsum in reliquis filijs bene fecit: memor obler-
 nāteritiam tertium vocat: *Levi* id est *Amicus*
 per Dei gratiam ac misericordiam illis procedē-
 tibus: & quartum compellit *Judas*; id est confesio-
 seu gratiarum actio, si D. Hier. credimus, & quam
 ob rem *Deus modo confitebor Domino*, De eodem
 commendatur & *Rachel* soror eius, quae cum
 sterilitatis vitium toto septennio sustinisset, pe-
 tetus madens lacrymis filiorum fructibus inter-
 cuncta tandem ob frequentes suas matricque la-
 cob orationes, fructu venit a Deo cum latuit
 est etenim verbum *Levi* D. Chryl. medium hoc
 opportunit, illos a Deo continuis postulat ope-
 ribus, vt si iudicet expediens, illis concedat, nec
 alio fine querendi sunt & optandi, quā si salu-
 ti sic expediat. Preces effudit *Rachel* servitas, &
 & pro vitis exaudiri promeruit: *Recordatus Do-
 minus Rachel exaudiuit eam & aperuit vulvā
 eius*. Concepit igitur peperitq; facta filiam, cui
 nomen *Ioseph* imponitur, quod augmentum nō
 dubites interpretari, & de misericordia Dei ma-
 ter cōfidi, vt qui primum dederat, mater secundū
 superadderet, *Addit mihi Dominus filium alterum*.
 Tantum est ac si pro recepto dono gratias re-
 ferret, ideoq; speraret & alterum mater obtinerē-
 Idem expendit D. Chryl. in ipso *Ioseph*, cui
 cum Deus in omnibus affatus, benedixisset, tot
 patienter toleratis afflictionibus, ita vt ad summā
 seculi dignitatem regia per totam *Aegyptum*
 imperaret auctoritate, primogenitum suum *Ma-
 nassen* appellari voluit, quod sonat obliuionem:**

dicens: Oblivisci me fuerit Deus, omnium laborum
 meorum. Nara vetō secundum nomen insigniunt
 Ephraim, quod inferre augmentum dicendo:
 Crescere me fecit Deus &c. Attende hic: scum D.
 Chryl. viri religionem & pietatem, quoniam
 vocabulo filij memoriam omnium indidit, vt ei per-
 petuo gratias ageret: si simile quid spectamus in
 Moyse, qui de *Aegypto* profugus, ob invidias
 sibi a Pharaone tractas in terram recessit: *Ma-
 dian*, duxitque uxorem filiam *Madianitae* sacer-
 dotis illius regionis, ex qua cum filium pro-
 creasset natum appellavit *Getham* quod signat
 peregrinatum esse in terra, vt faceret aliena
 Deo illi vobis bene dixit: *Vocavit eum Getham*
 dicens: *Athena sum in terra aliena*. Genuit ex
 illa & alterum, vocavitque nomen eius *Iezzer*
 quod sic vertitur: *Deus adiutor meus*. Vocavit *E-
 lezer* dicens: *Deus enim patris mei adiutor*. & *er-
 puit me de manu Pharaonis*.
 Itaque non sufficiebat viris istis pietate con-
 spicuis Deo gratias reddere quando illos de tri-
 bulatōibus benignus eruebat, larum eorum
 successibus eventum tribuebat, filijs fecundabat
 in super volebat vt hęc gratitudo non esse bro-
 uior, quā ipsa filiorum vita, nec filiorum vita
 dntior quā ipsa gratitudo: ipse filij in-
 quitur D. Chryl. vt quaedam columnae virent
 erectae, in quas dum oculos conijcerent, &
 ipsis eorum nomina ipsosque vel viderent, vel
 vocarent, proclarentur, intuerentur, & consi-
 derebant Domini misericordias, pariterque illi
 gratias referret, agnoscentes hęc omnia bona
 dona supremi esse largitoris. Hoc tibi agendū pro
 salute, filijs, bonis, dignitate, factis operibus, pu-
 deribus cogitationibus, successibus, quos pro pe-
 ros appellas, cognoles ea modo tua hęc esse bo-
 na, vt pūe hāter filijs, coles hęc opera, misericor-
 diae, nec nō dieme gratia: effectus admirabiles.
 Hinc tertio collige orationem, quam fundere
 debet ille, qui bona omnia Dei esse cognoscit, &
 divina opera gratias, vt inquitum pro cunctis
 supplicet, oret. Deumque intueat, vt sibi sit pro-
 prius, & sanctorum poseat iustitia, vt interce-
 edant, nec non vt fidei Catholicae, qui firmiter
 credit, nullum esse motum voluntatis ad bonum,
 si Deus auxilio suo efficaci illum nequaquam
 operetur, petat eum *Ecclesias Nostrae ad se rebel-
 les compelli voluntatis*. Hinc quarto natatur pa-
 tientia, quando salus languescit, honor vilescit,
 opes minuitur, vita terminatur: tibi persuadens
 Deum esse qui vt horum omnium auctor, hęc ex
 libera meraque sua largitur bonitate, quodque
 sicut illa ex sua tribuit misericordia, sic de aucto,
 nullam

D. Chryl.

Tom. 1.

Exe. 1.

Exe. 2.

XI.

Grati-
tudo

saade-
tur.

X.

Gratus

Dei pro-
donis

luis.

Iob. 1. 22.
1. Cor. 4. 1.
D. C. 11.
Ho. 10.
in 1. ad
Cor.
Tom. 4.
post
mod.

nullam committit iniustitiam, dicatque cum S.
Iob: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domini
no placuit ita factum est, sicut. Domini bene-
dictum. Hic colophonem imponat doctissimum
& elegantissimum D. Chrysostomi argumentum
qui perpendens illa Apostoli verba: Sic nos existi-
mei homo &c. Ufideles qui inueniuntur. Postquam
stylo politicoi probasset, quae cum q; habeatis bo-
na, dona esse Dei, quoniam nobis vitam pro libero
meroque suo indulget beneplacito, corporis ani-
mae, divitiarum, familiarum, filiorum, dignitatum, in
haec verba concludit: Hae ergo, quod non affluere
deserentes philosophemur. Quia quae sunt ma-
ma lucrabimur, gratia enim erimus, & diu habebimus,
& dum a nobis auferuntur &c. Nam et si ge-
nium acciperit, sum sumpsit, si honorem si gloriam,
si corpus & ipsam animam, si filium tuum acceperit,
non tuam accipit filium, sed suum seruientem non
enim tu effinxisti, sed ille seruit tui &c.

S. 20. Dei doctrinam intelligit qui suam recti-
ficat voluntatem, quae male disposita exca-
cat intellectum.

I. quis uoluerit uoluntatem eius facere, hic for-
os est de doctrina uerum ex. Deo su. me ego,
a me ipso loquar. Non satis fuit. Redemptio
illa testari, quod doctrina sua nihil haberet in-
uentionis humanae, nec doctore suo esse produ-
cta capere, sed celestis esse diuina, & ab aeter-
no descendere. Patre iam per se illis modum pra-
scribit ac faciem, quoque ueritate intelligere,
nempe, si uoluerit aeterni Patris obedientia volun-
tati: Si quis uoluerit uoluntatem &c. huc cognoscat.

Cur data
nobis sit
lex.

Dei: voluntas est, ut eius serues mandata, quia in illis tibi manifestat id quod uult fieri: Lex Dei data est, ut illam cognosceres: hoc est quod summam intendit dicere, ut uoluntas tua tua non sequatur passiones, cupiditates, concupiscentias, rancoris animos, simularis, nec iuxta illas procedat, sed his omnibus libere, se conformet ei, quod illi Deus praecipit, cum super omnia diligendo, proximum autem sicut seipsum, sequendo rationis, bonique, doctum, mali fugiendo, id est, omne quod bono non situr refragari.

a Ho. 48.
in Ioan.
b In e. 7.
Ioan.
cl. 4. in
Ioan. c. 43.

Voluit exponere Dominus, sic sentit D. Chrysostomus, a. Theophylact. & Euthym. & D. C. y. nullus e. causam ob quam ipse doctrinam Christi mirantes aliquid diuina, non illam obedientes recipere sed rebelles ei recalcitrarent, haec scilicet, quia uoluntatem gereret peruersis, corruptam passionibus, ardens cupiditate, diabolicam,

ambitione, audentibus inuidias stimulis, hostibusque in Christum animo, quem unanimiter sibi capti-
talem adhibebant, occidere quatebant, sanguis. Ob prauid-
nemque eius stiebant. Hoc illis in praesenti de uoluntate
glazat Euangelio, dicens illis, quod Dominus Dei do-
suam illis per Moysen dedisset, legem, in qua doctrina no-
suam illis exponeret uoluntatem, & nemo ex illis recipitur,
legem feratere: Nemo Moysi dedit uobis legem, &
nempe ex uobis facit legem? Et quia obijcere poterant
& interrogare, in quo ab eius obedientia declinamus, Deique uoluntati resistimus? addit.
In eo quod me quaerens interficere: Quia me
quaerens interficeret, quod. Olimne damnum & intel-
lectus uestri, cecitas est deprauata, passitur uolun-
tate, diabolica corrupta multitudine, furere, inuidia,
& hosti in me animo: ab hoc illam infernali exonerata ponderis, solum eleuetur, Patrisque mei uoluntati conformetur, per Dei amorem & proxi-
mum, & desiderium, et quod praecipit, satisfaciendi: tunc autem clare uidebitis & cognoscetis, an mea doctrina de caelo sit recepta ne di-
guissima.

Hinc approbo sensum ut optimum, & platum quo nos Dominus intrat, ad quod uera declarat Theologia, & ornate profertur D. Augustinus, nempere intellectus fidei doctrinam suscipiat, illamque intelligat, tunc ueritate rectitudinem uoluntatis, ut quanto haec fuerit ab omni passione, malitiaque liberior tanto adiuuam hanc celestis fidei doctrinam, clarius intelligat, illique adhaerebit firmitate constanti. In prope-
tudo est inueta S. Theologiae Princeps D. Thomae Summat. cui tota suffragatur schola Theologorum, quod ad recipiendam in intellectu fidem, necessaria sit pia uoluntatis affectio, & patet ex differentia, quae inter alias scientias fideique reperitur. Scientia procedunt ex principiis adeo euidentibus intelle-
ctibus, ut non possit illa non esse iudicari, quocirca uoluntas etiam inuicem illas habet ut certissimas, porro scientia fidei de principiis manat licet certis, obferis uero et inuidentibus, scilicet et diuina reuelatione, quam non uideamus, ut illa credamus, sequuntur ut uideamus, at illas intellectus, & quasi captum illique allegari uideat hanc enim prius loquitur Augustinus, quam dudum expolumus.
Hinc illa etiam inuicem de principiis manat licet certis, obferis uero et inuidentibus, scilicet et diuina reuelatione, quam non uideamus, ut illa credamus, sequuntur ut uideamus, at illas intellectus, & quasi captum illique allegari uideat hanc enim prius loquitur Augustinus, quam dudum expolumus.
Hinc illa etiam inuicem de principiis manat licet certis, obferis uero et inuidentibus, scilicet et diuina reuelatione, quam non uideamus, ut illa credamus, sequuntur ut uideamus, at illas intellectus, & quasi captum illique allegari uideat hanc enim prius loquitur Augustinus, quam dudum expolumus.
Hinc illa etiam inuicem de principiis manat licet certis, obferis uero et inuidentibus, scilicet et diuina reuelatione, quam non uideamus, ut illa credamus, sequuntur ut uideamus, at illas intellectus, & quasi captum illique allegari uideat hanc enim prius loquitur Augustinus, quam dudum expolumus.

II.
III.
affidem
recepim
dam pia
tur affe
tio uol
luntatis
2. q. 2.
ar. 2.
94. ar. 2.

I V. tibi in laudem tuam, tuamque dicitur dignitate. Quæ placet, facile credimus.

In c. 9. Iona.

In c. 18.

V. Similitudo.

VI. Intellectus & voluntas sibi mutuo communicant.

Pf. 50. 10.

tem quæ ratio huic voluntas bene affectu inclinatur. Quam nullo negotio credis, quæ tibi bona de filio tuo vel amico prædicantur? Ceterum quam multo labere credis quid tux displicet voluntati, v. g. quando tibi à medico mors prædicatur, vel eoram te in laudē de tuo quid dicitur immico? Ponderat Abbas Rupert. quod cras nobis occurret, id quod Pharisæi & Sacerdotes circa cæcū à nativitate contigit, quando cæcus nihil videbat, omnes eum esse cæcū arbitrabantur; & videbant, & cognoscebant. Quam primum eum Christus illuminavit: Non crediderunt de illo quia cæcus fuisset - quocirca vocaverunt parentes eius in rei confirmationem & peracta verificatione iuridica, & processu rigoro ac substantiali per illos ipsos insituro, quando iam cogi videbantur, vt rem adeo manifestam crederent. Non crediderunt: intellectu non crederunt, id quod eorum ita voluntati atque affectui aduersabatur. Idem perpenimur in Pharaone, prout dic crallino patet.

Domestica declaratam hoc similitudine. Quando duo sunt cubacula ita sibi contigua, vt ex vno ad aliud pateat ingressus, ita interuenit illis communicatio, vt si vni ignem iniicias, alterum calefiat: si gelu fuerit, frigus ad aliud transuolat, si in vno fragrans odor alterum participat, si fetor, alterum inquinatur, & si lignū accendatur viride, quo fumus excietur: alterū obfuscat. Eo modo se habent intellectus & voluntas, cubacula sunt in anima sibi ita contigua, vt nullū intersit medium; & de vno pateat accessus ad alterum: quia per intellectum transitur ad voluntatem, & per voluntatem ad intellectum, dū modo speculatur ea intellectus, quæ ipsa vult, modo ipsa vult, id quod illi proponit intellectus. Hinc collige qualitatam communicationē, & de eo quod in vno est, aliquid participat alterum. Inardecit odio contra aliquem ipsa voluntas, & fumus excitatur iræ densissimus, ilico de fumo illo participat intellectus, & obcecatur, & expedire iudicat, de illo grauem sumere vindictam, illique in aliquo adferre nocuentum: Conturbatus est in ira oculus meus. Inflammat amor voluntas, consensim iudicat intellectus conuenire rationi, vt dilecto benefiat, amicitia copuletur, & quæcūque ei dari possunt, erogentur. Hinc sequitur, vt corrupta per malitiam, cupiditatem, inuidiam alioque affectus voluntas, ipsam etiam corrumpat intellectum, agatque vt ex inordinata iudicet passione, secundum affectuum inclinationem.

Hieron. Bap. de Lantz. Tom. III.

